


Stanford University Libraries



3 6105 121 179 167



LELAND • STANFORD • JUNIOR • UNIVERSITY



281A  
M 659

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1543) PRO LATINIS,  
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA  
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM FAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆSENTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSEO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SCORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ  
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

### ACCURANTE J.-P. MIGNE,

*Bibliothecæ Cleri universæ,*

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORUM.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEN ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET. IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS KNIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL KANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEN VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

### PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XLIX.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1862

110

BR 60  
P4  
v. 49  
AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sont sorties deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calamités auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte* et de *Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on éliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence supplicait aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoit pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoit pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesmes, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

M'algèr ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS (OUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra rendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Cerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilege* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire universel*, aux *Dévisions* de toutes les *Congrégations*, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

SÆCULUM V. ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM  
EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONIIS,  
NOTIS, VARIIS LECTIIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-  
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII,  
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,  
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMI SECUNDI

PARS PRIOR.

---

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMFOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE. NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

1862

# ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XLIX CONTINENTUR.

|   |         |
|---|---------|
| Homiliæ XXI de Statuis ad populum Antiochenum habitæ. | Col. 15 |
| Catecheses II ad illuminandos.                        | 223     |
| Homiliæ III de imbecillitate diaboli.                 | 243     |
| Homiliæ IX de Pœnitentia.                             | 277     |
| Sermones panegyrici in Solemnitates.                  | 351     |

## MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequenter S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum *columna* ad *columnam* accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, *pagina* Latina juxta Græcam *paginam* tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ traditionem contexere, jam quidecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

AS 60  
MS

256352


UNIVERSITÄT GÖTTINGEN



# Præfatio

## IN VIGINTI ET UNAM HOMILIAS

AD POPULUM ANTIOCHENUM DE STATUIS.



Inter ea quæ Joannis Chrysostomi tempore acciderunt, nihil memorabilius illa Antiochenorum seditione, qua, dejectis Theodosii Imperatoris et Flacillæ ejus uxoris statuis, iisdemque per urbem raptatis, Theodosium ita exacerbant, ut de urbe delenda sit cogitatum. Hæc fuit Chrysostomo nostro ad concionandi facultatem exercendam ampla materies. Antiochenis quippe inter spem et metum fluctuantibus, dum repentini casus novam inexpectatamque quotidie vel sperandi, vel timendi causam offerrent, imparatus fere semper Chrysostomus, prout res sese dabant, stylum vertere coactus, ex tempore illas admiratione certe dignas homilias pronuntiabat: modo ut in calamitate versantem populum consolaretur; modo ut fractos periculi magnitudine animos confirmaret; tum præcipue ut occasione imminentium malorum Antiochenos ad vitia corrigenda, eluendaque crimina, quæ tantam Dei iram accenderant, monitorum frequentia deduceret: qui certe conatus Chrysostomo cessit ex voto, ut ille alicubi fatetur.

Tantæ vero seditionis causa fuit, teste Zosimo, nimia tributorum, quæ quotidie nova excogitabantur, exactio, sive pro celebritate quinti initi ab Arcadio anni, ex quo Augustus promulgatus fuerat, et decimi anni Theodosii Imperatoris qui anno 388 incipiebat, sive pro apparatu belli contra Maximum tyrannum, sive pro ambabus aliisque etiam publicis necessitatibus. Tributi onere percussi Antiocheni cives Præfectum adeunt, ii scilicet qui urbanioris notæ erant, et lacrymantes vectigal indictum nimium queruntur: Dei opem implorant. Deindeque circumforaneorum et exlerorum hominum ex infima plebe turba, commotis animis, in facinora erumpunt: primo in publico balneo omnia sus deque ponunt; hinc Præfecti domum adeunt, cancellos januasque invadunt; vixque coerciti alio furorem convertunt, depictasque Imperatorum tabellas lapidibus impetunt, sædant et labefactant; ipsosque Augustos maledictis et conviciis onerant: demum Imperatoris Theodosii Flacillæque ejus uxoris jam defunctæ statuas dejiciunt, et per vicos urbis raptant; jamque plura inferre damna cœperant, cum immissa a Præfecto sagittariorum manu coerciti sunt. Sic extincta seditione, furori timor successit, atque imminentis pœnæ exspectatio onerosi impositi vectigalis oblivionem induxit. Quid inde sit consequutum infra narrabitur in recensione Homiliarum. Jam de anno seditionis, quo hæc sunt habitæ homiliæ, aliquid dicendum.

Missa Sozomeni et Theodoretii narratione, ex quibus post bellum contra Maximum hæc seditio et conciones secundum illam habitæ statuendæ essent: ex notis temporis longe certioribus, ante bellum contra Maximum hæc accidisse jam probarunt viri docti et pluribus asseruit Tillemontius in nota 27 ad Vitam Theodosii Imperatoris. Validissimum porro adversus priorem illam sententiam eruitur argumentum ex ipsis Chrysostomi verbis, qui homilia decima sexta, numero 2, testificatur hunc annum secundum esse ex quo concionari cœperat: cœpit autem cum primum presbyter ordinatus fuit anno vertente 385, vel ineunte 386. Quamobrem vel in annum 388 hæc conciones conferendæ sunt, aut potius in 387. Pro priore sententia stat Baronius, et post eum Petavius et Henricus Valesius, qui ideo in annum 388 eas conjiciunt, quia illo anno incipiebat decimus imperii Theodosii, ad cujus celebritatem inductum fuit tributum supra memoratum: quod autem ex Libanio affertur ad illam tuendam sententiam, intricatum omnino est, et ad utramvis sententiam potest detorqueri. Certiorem porro his omnibus notam eruiamus ex eo, quod Theodosius Imperator certissime Constantinopoli esset per hiemem et Quadragesimam anni 387, quo etiam anno seditionem contigisse oportet: nam tempore seditionis etiam Constantinopoli certissime degebat; contra autem anno sequenti hac ipsa tempestate Thessalonicæ Imperator versabatur. Quod vero contra affertur ex celebratione anni decimi Theodosii, qui anno 388 incipiebat, illud, inquam, nibili est, cum certum sit ex Fastis Idatii et Marcellini, ipsum anni decimi Imperii sui celebritatem uno anno prævenisse, ut cum filio suo Arcadio, qui annum quintum Imperii in 387 inibat, una decimum celebraret, quemadmodum et Maximianus Herculeus, cum annum decimum octavum tantum Imperii ageret, una cum Dicleciano, qui vigesimum agebat, vigesimum celebravit. De hac re autem pluribus in Vita sancti Joannis Chrysostomi.

Alia vero non minor oboritur difficultas, de qua jam in Monito ad homilias contra Ju-

dæos actum est: nimirum in concione quadam contra Judæos, mense Septembri anni 386 habita, Chrysostomus oburgans Antiochenorum Christianorum bene multos, qui cum Judæis, sive tempore a Judæis observato jejunabant, et pascha celebrabant: *Ecce namque, inquit, primus dies Asymorum hoc anno in Dominicam diem incidit, et omnino necesse est ut tota hebdomada jejunemus. et cum passio præterit; et crux advenerit, et resurrectio, nos adhuc jejunantes maneamus. Et sepe numero istud accidit, ut post crucem, post resurrectionem, hebdomada nondum absoluta, jejunium observemus.* Ex his porro dictis liquet Christianos illos, qui in jejunio servando et in paschate celebrando judaizabant, aliquando jejunavisse cum alii Christiani pascha celebrarent, aliquando secus: jejunabant scilicet in die resurrectionis, quando Judæi tardius quam cæteri Christianorum pascha celebrabant; non jejunabant vero, quando Judæi citius quam Christiani idem festum agebant. In concione vero Chrysostomi supra memorata et mense circiter Septembri anni 386 habita, agitur haud dubie de Quadragesima et de Paschate anni 387. Eo autem anno, secundum tabulas paschales, incidebat pascha in 25 Aprilis, nempe quam tardissime potest occurrere: quomodo ergo poterant judaizantes illi Christiani hoc anno in paschate jejunare, et pascha tardius celebrare, cum pascha non possit tardius occurrere quam 25 Aprilis, qua die cæteri Christiani non judaizantes hoc anno pascha celebrabant, si quidem tabulis paschalibus standum fuerit? Ingens sane difficultas, sed quæ tamen, ipso fatente Tillemontio, notas temporis quibus homiliam illam contra Judæos in mensem Septembrem anni 386 conferimus, non possit evertere. Etenim, ut diximus in eodem Monito in Homiliis contra Judæos, utrum semper Antiocheni invariabili lege Alexandrinorum circa pascha Domini calculum sequuti sint, id sane non usque adeo nobis compertum est: atque etiamsi semper sequuti sint, an affirmare possumus numquam errorem in calculum incidisse? Certe fatentur viri calculorum paschalium peritissimi, quos adii, errorem interdum in calculis hujusmodi contingere, nec multis abhinc annis contigisse, neque tutum semper esse notas paschales aliis quibuscumque temporum notis anteposere.

Tillemontius tamen, qui difficultatem hujusmodi in notis ad Vitam Chrysostomi, ubi agitur de Homiliis contra Judæos, animadvertit et excussit, nullam ejus mentionem fecit in notis ad Vitam Theodosii Imperatoris: ubi homilias hasce Chrysostomi ad populum Antiochenum ita ordinat ac si pascha, ut ferunt paschales tabulæ, incidit in vigesimam quintam Aprilis; primam igitur homiliam paulo ante seditionem locat; seditionem vero vigesima sexta Februarii, decem diebus ante Quadragesimam, quæ Antiochiæ incipiebat feria secunda Quinquagesimæ nostræ, illo anno in 8 Martii cadente. Secundam homiliam vel feria quinta vel sabbato ante Quadragesimam 6 Martii, octavo post seditionem die. Tertiam Dominica sequente 7 Martii, vel circiter. Quartam feria secunda sequente 8 Martii. Quintam feria tertia 9 Martii. Sextam feria quarta circiter, seu 10 Martii. Septimam feria quinta 11 Martii. Octavam feria sexta 12 Martii. Nonam feria secunda hebdomadis secundæ Quadragesimæ 15 Martii. Decimam paucis elapsis postea diebus. Undecimam utpote transpositam, feria secunda quartæ hebdomadis Quadragesimæ 29 Martii. Duodecimam feria tertia sequente 30 Martii. Decimam tertiam feria quarta sequente 31 Martii. Decimam quartam paulo post eam quæ decima octava numeratur, quæque habita fuit Dominica quinta Quadragesimæ 5 Aprilis. Decimam quintam sabbato secundæ hebdomadis Quadragesimæ, seu 20 Martii. Decimam sextam Dominica tertia Quadragesimæ 21 Martii. Decimam septimam circa finem hebdomadis quartæ Quadragesimæ. Decimam octavam Dominica quinta Aprilis vel circiter. Decimam nonam post decimam quartam 11 circiter Aprilis. Vigessimam die paschatis 25 Aprilis. Vigessimam primam eodem circiter tempore quo vigesimam secundam sequentem, quæ habita est feria sexta post Dominicam Passionis 16 Aprilis. Sic perturbatum harumce homiliarum ordinem summa accuracione restituere conatur Tillemontius: cui ut in multis adstipulamur, in aliis repugnare cogimur. Ordinem porro homiliarum qualem ille statuit hic uno conspectu representamus.

| TILLEM. | EDIT. FRONT.   | TILLEM. | EDIT. FRONT.      |
|---------|----------------|---------|-------------------|
| 1.      | Prima.         | 12.     | Decima sexta.     |
| 2.      | Secunda.       | 13.     | Undecima.         |
| 3.      | Tertia.        | 14.     | Duodecima.        |
| 4.      | Quarta.        | 15.     | Decima tertia.    |
| 5.      | Quinta.        | 16.     | Decima septima.   |
| 6.      | Sexta.         | 17.     | Decima octava.    |
| 7.      | Septima.       | 18.     | Decima quarta.    |
| 8.      | Octava.        | 19.     | Decima nona.      |
| 9.      | Nona.          | 20.     | Vigesima secunda. |
| 10.     | Decima.        | 21.     | Vigesima prima.   |
| 11.     | Decima quinta. | 22.     | Vigesima.         |

Antequam vero de singulis homiliis disseramus, ac de cujusque tum ordine tum argumento pauca dicamus, e re fuerit annotare, ex titulo homiliæ quæ olim vigesima secunda, jam vero vigesima numeratur, qui titulus in notis Frontonis et in Mss. nostris habet, hanc homiliam pronuntiatam fuisse decem diebus ante pascha, itemque ex his verbis ante finem ho-

milis, Jam quadraginta dies præterierunt, probe Tillemontium inferre Quadragesimam apud Antiochenos cœpisse feria secunda post Quinquagesimam, septemque hebdomadibus apud illos totam Quadragesimam persolvi, jureque hanc homiliam ille in feriam sextam Quadragesimæ confert: erat quippe illa dies et Quadragesima ab inchoato jejunio, et decima ante pascha. Hinc pro asserto habemus Quadragesimam, quæ aliquot in Ecclesiis variis limitibus circumscribatur, per septem hebdomadas Antiochiæ observatam fuisse.

Cum porro, memoratis supra de causis, paschales tabulas hodiernas, quæ pascha anni 387 in diem 25 Aprilis conferunt, suspectas habeamus saltem pro Ecclesiæ Antiochenæ usu, neque exploratum nobis sit qua die Antiocheni hoc anno 387 pascha celebraverint, a die mensis in recensione homiliarum commemorando abstinemus, satisque habebimus indicasse, quando id licebit, qua die hebdomadis homiliæ dictæ fuerint.

Prima itaque homilia habita est paucis ante seditionem Antiochenam diebus, ut ex his secundæ homiliæ, num. 3, verbis eruitur: *Longam nuper apud charitatem vestram concionem extendi... et laborum mercedem accepi.... Quæ vero merces erat? Civitatis blasphematores punire, et castigare Deum contumelia afficientes, et furiosos cohibere.* Hæc proculdubio spectant ad primam homiliam, camque longissimam, de sanctorum ærumnis, deque Dei providentia erga electos suos, qui in hac vita cruciantur, ubi denum hæc observatu certe digna profert: *Sed postquam de blasphemia nobis verba facta nunc sunt, unam a vobis omnibus petere volo retributionem pro concione hac atque sermone, ut in civitate blasphemantes mihi castigetis; si quempiam in bivio et foro in Deum blasphemantem audieris, accede, increpa: et si verbera infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manuum tuam sanctifica.* Qui sane corrigendi modus non esset ad usum hodiernum accommodatus.

Secundam homiliam confert Tillemontius vel in feriam quintam, vel in sabbatum ante Quadragesimam: tutius vero dicatur his circiter diebus habitam fuisse, septem exactis, ut ipse Chrysostomus ait, a seditione diebus: quibus se tacuisse dicit, quod ingenti calamitate, et periculi mole consternati Antiocheni, non essent audiendis concionibus idonei; ob neglectam porro fratrum blasphemantium emendationem hæc mala divinitus dicit immissa, quorum postquam imaginem eleganter descripsit, de divitiis, de divitiarum usu, deque elemosyna et de paupertate pluribus concionatus, orationem claudit.

Tertia homilia secundam e vestigio sequitur; illam vero habitam putamus cum Tillemontio Dominica Quinquagesimæ, ut hodierno more loquamur. Agitur de profectu Flaviani Antiocheni episcopi Constantinopolin ad Imperatorem placandum, et rei bene gerendæ spe populam consolatur Chrysostomus: pluribus deinde commonstrat jejunii, nisi a vitii abstinereatur, utilitatem esse nullam: postquam vero de detractioe vitanda pauca dixerat, calamitatem præsentem deplorat, et intolerantius sævitum esse narrat: *Hi quidem ferro, inquit, illi igne, quidam bestiis traditi perierunt, non viri tantum, sed et pueri: nec ætatis immaturitas, nec populi tumultus, nec quod furore diabolico perciti quidam hæc fecerint, nec quod exactio intolerabilis esset, non paupertas, non quod commune peccatum fuerit, non quod promiserint numquam se amplius talia ausuros, non aliud quidpiam ipsos eripuit: sed absque venia ad barathrum adducebantur, militibus armatis utrimque ipsos agentibus et observantibus ne quis reos eriperet; et sequebantur matres, procul quidem filios conspicientes abstractos, sed de calamitate conqueri non audentes. Affectum enim vincebat formido, et naturam superabat metus.* Hæc omnia illata sunt Antiochenis mala a Præfectis seu magistratibus, antequam Theodosius de seditione quidpiam audisset, ut ait ibidem Chrysostomus. Orationem porro claudit monens ut a detractioe, ab inimicitiiis et a juramentis abstineant.

Homilia quarta, feria secunda, quæ erat initium Quadragesimæ, ut videtur habita, bona ex calamitate parla describit, mutatos dicit, et a pristinis moribus reductos Antiochenos. In fine vero ea ipsa monita, quæ in præcedenti se dedisse commemorat, iterum repetit; nimirum de vitandis detractioibus, inimicitiiis et juramentis. Ait vero num. 6 se per hanc hebdomadem de juramentis dicturum esse.

Homilia quinta die sequenti, ut initio dicit Chrysostomus, id est feria tertia, pronuntiata est. In ea ærumninos de more Antiochenos consolatur Chrysostomus, et ad mortis despectum cohortatur. Et in fine de juramentis vitandis agit num. 7, ac præcedentium sequentiumque homiliarum aliquem indicat ordinem his verbis: *Primum igitur ei persuadeamus, ut a juramentorum fuga mutationem incipiat, etsi enim et nudius tertius de hac vobis loquutus sum materia, neque tamen hodie desistam, neque cras, neque perendie, eadem monere.*

Homilia sexta, feria quarta primæ hebdomadis habita, consolationem afflictis impertit, bonam rerum mutationem sperare jubet: moras nuntiis, qui seditionem Antiochenam Imperatori narraturi erant, a Deo immissas dicit, et inde spem bonam auditoribus affert, et de venia a Flaviano episcopo impetranda fiduciam habere jubet: ac postquam de morte non timenda disseruit, adversus juramenta pro more loquitur.

Homilia septima die sequenti, ut multis ex notis liquidum est, habita: *Etenim quintam diem, inquit Chrysostomus, agimus vestram consolantes charitatem.* Quinta porro dies hæc numeratur incipiendo a Dominica, ita ut de quinta hebdomadis die loquatur. Agitur hic de primis Geneseos verbis, *In principio fecit Deus cælum et terram,* diciturque Deum non modo cum castigat, sed etiam cum benefacit bonum esse, et a juramentis vitandis clauditur oratio.

Homiliam octavam putat Tillemontius die septimam homiliam sequente, id est feriæ sexta

dictam fuisse. Verum reclamat Chrysostomus, qui testificatur initio se *nuper*, non *heri*, in illud : *In principio fecit Deus cælum et terram*, verba fecisse, quod haud dubie ad homiliam septimam pertinet. Itaque est illa in sabbatum conferenda, quod etiam nobis suadent hæc verba statim post initium, *Ad finem nobis devenit hebdomas*. Argumentum homiliæ ducit ab his verbis : *Deambulabat Deus in paradiso in meridie*. Hinc pavidos formidolososque semper esse impios, pios autem fiducia plenos dicit. Demum pro consuetudine de juramento vitandis agit, sextumque jam diem ait esse quo de servanda hujusmodi lege admonet.

Homiliam nonam in feriam secundam secundæ hebdomadis Quadragesimæ probabiliter conjicit Tillemontius. Hac de re vero nulla comparet nota qua aut certum aut verisimile quidpiam statuamus. Habita autem fuit hæc concio post silentium unius vel plurium dierum, ut initio diserte ait Chrysostomus : contra quam opinatur Tillemontius, qui cum octavam in feriam sextam conjiciat, et nonam in feriam secundam hebdomadis sequentis, ait in Vita Chrysostomi, art. 15, interpositas sabbati et Dominicæ dies fuisse haud dubie Chrysostomi concionibus insignitas, quæ conciones jam amissæ fuerint. Populum autem Antiochenum laudat initio Chrysostomus, quod monitis suis obtemperantes de abigenda juramentorum consuetudine curarent. In hæc item verba, *Cæli enarrant gloriam Dei*, multa dicit, et Dei providentiam in rerum naturalium ordine atque concentu prædicat : demumque claudit orationem monendo ut a juramenti absteineatur.

Homilia decima non die nonam insequente habita fuit, licet idem prosequatur argumentum, ut voce *nuper* indicatur. Auditoribus autem gratulatur Chrysostomus quod monitis suis obtemperaverint. Longe præstare ait verbum Dei audire quam jejunare : probat deinde mundum sine Dei providentia stare non posse. Desinitque demum cohortando ut a juramenti absteineatur.

Homiliam undecimam putat Tillemontius habitam fuisse post eam quæ decima quinta inscribitur infra, necnon post sequentem decimam sextam : hoc autem ratiocinio utitur ille : In ea, inquit, homilia, de periculis et ærumnis quibus jam functa civitas Antiochena erat, agitur, quæ post adventum Hellebichi et Cæsarii accidisse videntur. Ille autem adventus Hellebichi et Cæsarii in decimæ septimæ homiliæ titulo, longe post undecimam, de qua nunc agimus, memoratur. Hoc fultus argumento Tillemontius, non modo decimam quintam, sed etiam decimam sextam ante undecimam locandam esse putat. At, præterquam quod omnes prorsus Manuscripti eundem quem Editi ordinem servant, ea omnia quæ tunc temporis acciderunt pericula, terrores, minas, non sat accurate novimus, ut ex hujusmodi ratiocinio aliquid in ordine mutandum censeamus. Multa dixit Chrysostomus, forteque multo plura tacuit. Quamobrem donec quid certius emergat, prisco ordini standum putamus. In hac igitur homilia principio gratias agit Chrysostomus, quod civitas ab immissio terrore respiraverit ; ex injectis quippe suspicionibus perterriti quam plurimi aufugerant ; hoc calamitatis et terroris tempore aliquot diebus tacuit Chrysostomus, ut ipse ait. Hanc vero homiliam conjicit Tillemontius in feriam secundam quartæ hebdomadis Quadragesimæ, et quidem optime, ut ad homiliam decimam tertiam dicemus. Agitur præcipue in hac homilia de Dei sapientia in hominis constitutione, et in fine de vitando juramento.

Duodecimam item et decimam tertiam, post decimam quintam et decimam sextam eadem qua supra de causa rejicit Tillemontius. At nescio quo pacto intelligat illud in hac homilia duodecima n. 2 : *Tribus igitur præteritis diebus unum cognitionis Dei modum quærebamus, ipsumque in finem deduximus, interpretantes, quomodo Cæli enarrant gloriam Dei : et quale sit Pauli dictum, Invisibilia ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur : et demonstravimus quomodo a creatura mundi, et quomodo per cælum et terram et mare Creator glorificetur. Hodie vero*, etc. Hic seriem trium homiliarum clare assertit Chrysostomus, quo ordine habitæ fuerant ante duodecimam : nempe nonæ, decimæ et undecimæ. In nona num. 2 argumentum orationis ponit hoc Pauli dictum, *Invisibilia ipsius*, etc., et illud Psalmorum, *Cæli enarrant gloriam Dei* : in decima item num. 2 se hoc ipsum argumentum persequi declarat : in undecima quoque num. 2 se eidem argumento insistere testificatur. Annon Chrysostomi dictis vim infert Tillemontius, cum decimam inter et undecimam vult interseri decimam quintam et decimam sextam ? Id autem ille subdubitando tantum proponit in nota 29 ad Theodosium Imperatorem n. 10, 11 et seqq., fateturque eum, quem nos statuimus, ordinem clare a Chrysostomo indicari, sed nescio quo pacto ab eodem ipso ordine postea discedat. Cæterum cum dicit Chrysostomus, *tribus præteritis diebus*, non intelligitur de tribus diebus consequentibus, sed de tribus postremis diebus, quibus ante concionationem erat. In hac item homilia 12, quæ habita fuit feria tertia quartæ hebdomadis, eidem insistit hypothesi, de sapientia Dei in mundi opificio ; postea agit de jure naturali, cujus cognitionem Deus homini indidit, deque juramento vitando.

Decimam tertiam homiliam dixit postridie duodecimam. Principioque gratias agit Deo de mutata rerum facie, sublatoque metu, qui tantus fuerat, ut *civitatis*, inquit, *major pars præ timore et dominatione illa ad deserta et fauces montium et occulta locorum transmigraverit*. Hinc de multis ad tribunal adductis, de horribili habita verberum et flagellorum quæstione, de aliis ad supplicium raptatis, de matre et sorore cujusdam, de quo intus judicabatur, ad vestibulum in pulvere volutatis. Hæc pathetice describit Chrysostomus, quæ paucis ante diebus, scilicet antequam undecimam concionem haberet, gesta fuerant. Cæterum quod initio habet Chrysostomus : *Qualem feriam quartam præteritam vidimus, et qualem præsentem vide-*

mus (a) ? Quo declaratur quarta feria habitam homiliam fuisse, et quidem quartæ hebdomadis Quadragesimæ, aut fortasse tertix, secundum alium numerandi modum. A multis quippe jam sæculis Græci primam jejuniorum Dominicam et hebdomadem vocant eam, quam nos primam Quadragesimæ vocamus. Hic vero de nomine tantum est quæstio. Hujus autem hebdomadis quarta die habitam homiliam, et ex serie homiliarum et ex Chrysostomi silentio aliquot dierum inter homilias decimam et undecimam palam esse videtur. In hac porro homilia, præmissis bene multis de calamitate illa Antiochena, ad pristinum de hominis officio argumentum descendit, et cohortando de more ad juramenta vitanda, orationem claudit.

Decimam quartam Tillemontius locandam putat post decimam octavam, hac permotus ratione: Initio ait Chrysostomus: *Non parum civitatem nobis heri diabolus perturbavit, sed et Deus nos iterum non parum consolatus est.* Hæc verba, inquit, adventum Hellebichi, et nuntium jam Constantinopoli advenisse significant. Verum hæc hariolando dicuntur. Quot suspiciones et terrores immissos putas Antiochenis dum animi penderent, et quorsum tam infausta res evasura esset ignorarent? De iis vero terroribus rumoribusque ratiocinari quomodo possumus, qui eorum haud dubie maximam partem ignoramus, et si qua novimus, ita obscure percipimus, ut vix inde quampiam temporis notam expiscari possimus. Hæc homilia ferme tota est de vitando juramento.

Decimam quintam homiliam vult Tillemontius habitam fuisse inter decimam et undecimam, tum ob causas supra ad undecimam memoratas, quia Chrysostomus initio sic habet: *Oportebat et hodie, et superiore sabbato, de jejunio movere sermonem.* Ubi superiore, quasi esset primo, de primo sabbato Quadragesimæ, subdubitando tamen, intelligit; sed nos, ut et Bernardus Brixianus, de superiore, sive de præcedente intelligimus: atque nullam aliam interponi posse homiliam inter decimam et undecimam jam superius probavimus. Occasione metus, quo affecti Constantinopolitani erant, multa dicit de bono timoris, et in fine contra jurandi ab aliisque juramentum exigendi consuetudinem concionatur.

Decima sexta tunc habita fuit, cum sparsio quodam falso futuræ populationis rumore, omnes de fuga deliberabant. Hanc etiam loco movere conatur Tillemontius, et inter decimam et undecimam locare, quod tamen, ut ad duodecimam diximus, admitti nequit. His porro nititur Chrysostomi verbis Tillemontius: n. 6 ait S. doctor, *Secundam jejunii septimanam præteririmus.* Duas ergo jejunii hebdomadas tantum præteriisse infert, atque ideo hanc loco movendam esse statuit Tillemontius, qui illam putat habitam Dominica tertia Quadragesimæ, pro prima Dominica numerando eam quæ primam jejunii diem præcedebat, quam Quinquagesimæ Dominicam vocamus. Quid vero si tunc temporis Antiochiæ prima Dominica Quadragesimæ vocabatur ea quæ, more hodierno, intra jejunium prima occurrit? nam jejunium incipiebat feria secunda post Quinquagesimam, ut nunc incipit feria quarta, poterantque illam hebdomadam Antiocheni non numerare pro prima Quadragesimæ, ut nos non numeramus: illoque modo una hebdomade tardius hæc homilia habita fuerit, Dominica scilicet tertia hodierno more sumpta. Sed tunc etiam magna superesset difficultas: nam hæc homilia deciman tertiam et sequentes præcessisset. Certe hæc omnia salebris sunt plena, ut ipse fatetur Tillemontius, qui non semel aliquam amplexus sententiam ab ea desistere cogitur. Usus fortasse et tractatio diuturna aliquam in re tam obscura afferent notitiam, qua possimus in Vita Chrysostomi in fine operum adornanda hæc accuratius et clarius statuere. Quapropter rem dubiam relinquere consulto statuimus. Id unum tantum contendimus, non posse hanc homiliam inter decimam et undecimam locari, memoratis supra de causis. Præmissis quibusdam de timiditate Antiochenorum deque juramento vitando, argumentum homiliæ mutatur Chrysostomus ex his Pauli verbis: *Paulus vinculus Jesu Christi, et Timotheus frater.* Panlumque gloriosorem ex vinculis demonstrat, quam ex virtute miraculorum.

Decima septima habita est postquam Ellebichus seu Hellebichus, Magister militum, et Cæsarius, Magister, ab Imperatore missi perquisitum de seditione, Antiochiam advenerant. Hellebichus hic, Magister equitum peditumve, alibi memoratus occurrit, et justitiæ clementiæque laude celebris erat: Cæsarius etiam, Magister officiorum alibi dictus, pari gaudebat probitata fama. Pronuntiata autem fuit hæc homilia cum Antiocheni pene a metu liberi essent. *Innumera*, ait num. 1 Chrysostomus, *expectavimus mala, omnium facultates diriptum iri, habitacula cum habitantibus comburenda, civitatem medio tollendam ex orbe, et ipsius reliquias omnes perituras, aratrum ipsius terram suscepturam: sed ecce hæc omnia intra expectationem tantum steterunt, et in opus non processerunt.* Sub hæc narratur quomodo monachi ex montibus Antiochiam descenderint, ut iudices placarent, dum interim philosophi omnes Græci urbem desererent; quo pacto etiam sacerdotes in gratiam populi strenue rem gesserint. Pœnas ab Imperatore demum irrogatas leves tolerabilesque ait, neque dolendum si orchestram et balnea occluserit, ac Metropoleos dignitatem ab urbe Antiochia sustulerit. Veram Antiochiæ dignitatem esse, quod in ea discipuli Christi primum Christiani sint vocati; quod Antiocheni sanctis Jerosolymitanis fame laborantibus opem tulerint. Non magnitudinem, sed pietatem urbes exornare. In fine vero ait, alios adhuc in carcere degere, alios in exsilium mittendos esse. Hanc homiliam Tillemontius confert in hebdomadem quartam Quadragesimæ post feriam quartam; sed ex conjectura tantum.

Decima octava homilia post dimidium jejunii dicta fuit, ut ait initio Chrysostomus. Pu-

(a) Bernardus Brixianus habet: *Quale præteritum vidimus quatuoriduum, et quale nunc videmus præsens.* Vox autem graeca *quatuoriduum*, quam tralucit per. *quatriiduum*, stylo ecclesiastico, a tempore usque Clementis Alexandri, significat feriam quartam hebdomadis.

tat vero Tillemontius eam in Dominicam quintam Quadragesimæ probabiliter conjici posse. Agitur porro de vera jejunandi ratione, de divitiarum contemptu, de tristitia secundum Deum, etc.

Decima nona homilia habita est, ut titulus habet, *Dominica servata*. Apud Cappadoces *servatam* Ascensionem Domini ait Allatius, Libro de Dominicis et hebdomadibus Græcorum, qui ibidem addit Dominicam *servatam* esse quintam post pascha, eam scilicet quæ præcedit ascensionem Domini. Savilius autem ait esse Dominicam in albis, nescio unde id expiscatus. At non dubium videtur, esse illam aliquam ex Dominicis postremis Quadragesimæ, seu, ut putat Tillemontius, Dominicam Passionis, cui ego potius adstipuler. Chrysostomus, qui aliquanto tempore morbo detentus fuerat, postquam de festo Martyrum quod Antiochiæ celebratum fuerat, et de adventu rusticorum quædam præmisit, contra juramenta de more loquitur, eorumque perniciem multis commonstrat exemplis.

Hactenus in homiliarum numero et ordine Savilii et Frontonis Ducæi editiones sequuti sumus. Deinceps vero secus. Nam vigesima sequens in prius Editis est procul dubio vigesima prima et ultima de Statuis. Vigesima autem prima est catechesis, quam post alteram catechesin quæ prima inscribatur, secundam posuimus, ut dicimus in Monito, in fine homiliarum de Statuis, et in fronte catechesium posito: hæc quippe catechesis extra seriem homiliarum de Statuis omnino ponenda erat. Homilia autem in prius Editis vigesima secunda est sine dubio vigesima, quæ habita fuit decem diebus ante pascha. Itaque hoc ordine procedimus.

Vigesima

---

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

OPERA OMNIA.

HOMILIÆ XXI DE STATUIS

AD POPULUM ANTIOCHENUM HABITÆ.

HOMILIA PRIMA, ANTIOCHIÆ HABITA IN PALÆA SEU VETERI ECCLESIA, CUM ADHUC PRESBYTER ESSET, IN ILLUD APOSTOLI: VINO MODICO UTERE PROPTER STOMACHUM TUUM ET FREQUENTES INFIRMITATES TUAS (1. Tim. 5. 23).

1. Audistis apostolicam vocem, tubam cœlestem, tyram spirituales? Etenim tanquam tuba terribile

canens et bellicum, hostes quidem consternat, lapsos autem snorum erigit animos, et multa implens fidu-

(a) Novem codices contulimus, quinque nempe Regios et quatuor Colbertinos: prætereaque Frontonis Ducæi et Savilii lectiones consulimus. Colbertinus unus numero 2715 hunc titulum habet: *Chrysostomi Homilia habita Antiochiæ*

in Palæa ecclesia, cum adhuc presbyter esset, in illud Apostoli: « Vino modico utere propter stomachum tuum, » etc., et in eos qui justorum afflictionibus peccatorumque felicitate scandalizantur, et adversus eos qui audent blasphemare.

Vigesima homilia hæc habet in titulo, secundum codices a Frontone Ducæo memoratos, similiterque in aliquot nostris, et nominatim in Reg. 1971 : *Dicta est decem diebus ante sanctam et vivificam Domini Jesu Christi resurrectionem ex mortuis*. Hoc utique optime quadrat ad dictum illud Chrysostomi paulo ante sinem homiliæ : *Quadragesima dies præterierunt*. Habita ergo fuerat hæc concio feria sexta post Dominicam, quam Passionis vocamus. Hæc quippe dies erat quadragesima, incipiendo a feria secunda post Quinquagesimam, quæ erat initium Quadragesimæ : erat item decima ante pascha, ipsum pascha annumerando. Est autem hæc homilia ferme tota contra similitudinem et injuriarum memoriam, et in fine pro more solito contra juramenta.

Vigesima prima homilia, quæ est ultima de Statuis, ipso die resurrectionis Domini habita videtur, ex iis quæ sub initium dicuntur, et post reditum Flaviani episcopi ; cujus profectus ad Imperatorem, oratio ad eundem pro salute civitatis suæ, responsio item Imperatoris lenitatis plena, qua veniam civibus concessit, hæc, inquam, omnia per totam concionem referuntur a Chrysostomo. Ad usque autem reditum Flaviani inter spem et metum fluctuabant Antiocheni, qui quotidianis rumoribus terrebantur, ut ait Chrysostomus paulo post initium.

Interpretatio Latina est Bernardi Brixiani, una excepta homilia, nempe vigesima, quam interpretatus est Petrus Nannius ; utriusque autem interpretationes multis in locis castigavimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ ΟΜΙΛΙΑΙ ΚΑ'

ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ ΛΕΧΘΕΙΣΑΙ.

\*Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ, πρεσβυτέρου αὐτοῦ ὑπάρχοντος, ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ, εἰς τὸ βῆθρον τοῦ Ἀποστόλου, Οἶνον ὀλίγον χρώ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας\*.

[1] α'. Ἠκούσατε τῆς ἀποστολικῆς φωνῆς, τῆς σάλπιγγος τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν, τῆς λύρας τῆς πνευματικῆς ; Καὶ

γάρ ὡς σάλπιγξ φοβερὸν ἠχοῦσα καὶ πολεμικὸν, καταπλήττει τε τοὺς ἐχθροὺς, καὶ διανίστησι τῶν οἰκείων τὰ πεπτω-

\* Colbertinus cod. numero 2715 hunc titulum habet : Τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ πρεσβυτέρου αὐτοῦ ὑπάρχοντος ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸ βῆθρον τοῦ ἀποστολικῶν, « Οἶνον ὀλίγον χρώ διὰ τὸν στόμαχόν σου, » καὶ τὰ ἕξῃς, καὶ πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους ἐπὶ ταῖς ὑσημερίαις τῶν

δικαίων καὶ ταῖς τῶν ἀμαρτωλῶν εὐημερίαις, καὶ κατὰ τῶν τολμώντων βλασφημεῖν. Ex hoc titulo verba ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ sumpsimus.

\* Duo codd. καταπλήττει μὲν τοὺς ἐχθροὺς, διανίστησι δέ. \* Paginas intellige editionis Benedictinæ.

verum et qui sæpe sunt in argitudine viri, mulieres, pueri et senes, et multæ partus doloribus recenter liberatæ mulieres, et omnes necessario tale remedium petentes, velint tollit mandatum hoc ferunt, et neque morbum corporis, neque consuetudinis tyrannidem, neque aliis peccantibus se puniri, nec aliud talium quidquam prætedunt: sed hujusmodi grate excipiunt ultionem, quia majora expectant mala, et quotidie precantur hactenus regim furorem sistere. Vides quod ubi est timor, facile solvatur consuetudo, etiamsi valde diuturna sit et necessaria? Atqui non lavari grave. Etsi enim centies philosophemur, corporis natura arguitur, nihil ab animi philosophia in propriam valetudinem adjuvari: non jurare vero valde facile, et nullum offert nocumentum, non corporibus, non animis, sed etiam multum emolumentis, magnam utilitatem, multam opulentiam. Quomodo igitur non absurdum Imperatore jubente, vel difficillima sustinere, Deo vero statuente id quod neque grave sit, neque difficile, verum perquam facile et commodum, contemnere et deridere et consuetudinem prætedere? Ne, quæso, ne in tantum salutem nostram contemnamus, sed timeamus Deum, sicut hominem timeamus. Novi vos exhorruisse talibus auditis; sed horrore dignum est ne tantum quidem Deo, quantum hominibus honorem attribuere; sed imperatoria decreta diligenter observantes, divina et de calis delapsa concutere, et supervacaneum esse putare circa hoc studium. Quanam excusatio nobis erit reliqua? quæ vero venia, quando post tantam admonitionem in iisdem permanemus? Etenim nascente miseria hæc, quæ civitatem detinet, hanc incepti admonitionem: et illa quidem jam debet finire, nos vero nondum unum explevimus mandatum. Quomodo igitur malorum nos detinentium petemus solutionem, cum nec unum obire mandatum potuerimus? quomodo vero bonam expectabimus mutationem? quomodo autem orabimus? qua lingua Deum invocabimus? Si enim legem exsequamur, multam capiemus voluptatem, Imperatore civitati conciliato; si vero in peccato manserimus, pudor et opprobrium undique nobis erit: quoniam cum Deus periculum solverit, nos in eodem mansimus torpore. Utinam mihi liceret frequenter jurantium animas euere, et ipsarum oculis subjicere vulnera et cicatrices quas quotidie capiunt a juramentis: nec admonitionis aut consilii indigerentus: quoniam vulnere aspectus omni sermone potentius huic improbæ consuetudini etiam plurimum adherentes a malitia abducere posset. Veruntamen si minus oculis, cogitationi quidem certe ipsorum animæ dedecus subjicere, et ipsam tabefactam et corruptam ostendere licet. *Sicut enim, inquit, servus qui continue flagellatur, de cicatrice non mundabitur: sic jurans, et Deum semper noninans, a peccato non innocens fiet* (Eccli. 23. 41). Impossibile enim, impossibile os juramento assuefactum, non frequenter pejerare. Propterea supplico omnibus, ut perniciosam hanc et im-

<sup>1</sup> Savil. et aliquot MSS., *impunitus erit.*

αἱ, ἀλλὰ καὶ πολλὰκις· ἀνθρώπους ὁ λαὸς, καὶ ἀντι-  
θέτως. Ἀνάγκη λοιπὸν διαβράβηται πάντως τὸν ὄρκον·  
πάντας γὰρ εὐορκῆσαι τούτους ἀδύνατον.

Καὶ μὴ μοι τὴν ἔκθασιν τοῦ πράγματος εἴπῃς, ἀλλ'  
ἐνώησον ὅσα ἐτίκτετο κακὰ, καὶ πῶς τὴν τοῦ Ἀδελφω-  
τῶν τραγωδίαν καὶ τυραννίδα ἐντεῦθεν κατασκευάζει ὁ  
διέβολος. Εἰ γὰρ ἐθέλησεν ὁ βασιλεὺς ἀντιτείνειν καὶ  
ἐπιβλεῖν τῷ ὄρκῳ, πᾶς ὁ δῆμος ἂν ἀντίστη, καὶ τυραν-  
νὶς ἂν ἐγένετο χαλεπωτάτη· πάλιν εἰ ἐθέλησεν ὁ παῖς  
τῆς οἰκειᾶς φειδόμενος σωτηρίας δοῦναι ἑαυτὸν τῷ στρα-  
τοπέλῳ, πατροκτόνος ἂν εὐθέως ἐγένετο. Ὁρᾶς καὶ τυ-  
ραννίδα καὶ παιδικτονίαν, καὶ πατροκτονίαν, καὶ πόλε-  
μον ἐμφύλιον, καὶ μάχην, καὶ σφαγὰς, καὶ αἵματα, καὶ  
μυρίους νεκρῶς ἀπ' ἐνὸς ὄρκου [149] γενομένους; Εἰ  
γὰρ συνέβη γενέσθαι πόλεμον, καὶ ὁ Σαοὺλ ἂν ἐσφάγη  
καὶ Ἰωνάθαν, ἴσως καὶ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν κατεκό-  
πησαν ἂν, καὶ οὐδ' ἂν οὕτω τὰ αὐτῆς εὐορκίας προεχώρη-  
σαν. Ὅτι μὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἐκείνο  
σκέπει, ὅτι ἡ τοῦ πράγματος φύσις ταῦτα ἠνάγκαζε γε-  
νεῖσθαι· ὁ δὲ λαὸς ἐκράτησε. Φέρε τοίνυν ἀριθμήσωμεν  
τὰς γεγενημένας ἐπιπορκίας. Παρεβάθη πρότερον ὁ ὄρκος  
τοῦ Σαοὺλ ὑπὸ τοῦ παιδὸς β, δεῦτερος καὶ τρίτος πάλιν  
ὁ αὐτοῦ τοῦ Σαοὺλ ὁ περὶ τῆς σφαγῆς τοῦ παιδὸς· καὶ  
ἐξέειπεν ὁ λαὸς εὐορκεῖν· ἀλλ' ἐάν τις ἀκριβῶς ἐξετάσῃ τὸ  
πρᾶγμα, καὶ οὕτως πάλιν τοῖς τῆς ἐπιπορκίας ἐγκλήμασιν  
ὑπεύθυνος πάντες ἐγένοντο. Τὸν γὰρ πατέρα αὐτοῦ τοῦ  
Ἰωνάθαν ἐπιπορκῆσαι ἠνάγκασαν, οὐκ ἐκδόντες τῷ πατρὶ  
τὴν υἱάν. Ὁρᾶς εἰς ὄρκος ὅσους ἀνθρώπους ὑπέβαλεν  
ἐπιπορκῆσαι, καὶ ἐκόντας καὶ ἀκόντας; ὅσα κακὰ εἰργά-  
σται; ὅσας σφαγὰς ἐποίησεν;

γ'. Ἐγὼ μὲν οὖν ὑπεσχόμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου δεῖξαι  
ἐν ταῖς ἀνωμοσίαις πάντας ἐπιπορκίαν γινομένην, ἡ δὲ  
ἱστορία προέουσα πολλῶν πλέον ἤπερ παρασκευασθῆναι  
ἀπέδειξεν· οὐ γὰρ ἓνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ἀνθρώπους,  
ἀλλὰ δῆμον, οὐκ ἓνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ὄρκους, ἀλλὰ  
πολλῶν τελείων παραβαθέντας ἀπέφηνεν. Ἐγὼ καὶ ἐτί-  
ραν ἱστορίαν εἰπεῖν καὶ δεῖξαι καὶ ἐξ ἐκείνης χαλεπω-  
τέρην ταύτης καὶ μείζονα συμφορὰν ἐργασάμενον ὄρκον  
ἓνα. Καὶ γὰρ πόλειον καὶ γυναικῶν καὶ παιδῶν αἰμα-  
κωσίαν, καὶ πυρπόλησιν, καὶ βαρβάρων ἔφοδον, καὶ  
ἐγὼν ἐμολυσμὸν, καὶ μυρία ἕτερα χαλεπώτερα τοὺς Ἰου-  
δαίους ἔπαυτας εἰς ὄρκος διέθηκεν. Ἀλλ' ὁρᾶς πρὸς μῆ-  
κος τὴν λόγον ἐκτεινόμενον· διὰ τοῦτο ἐνταῦθα τῆς ἱστο-  
ρίας ταύτης τὴν διήγησιν καταλύσας, μετὰ τῆς Ἰωάννου  
κεφαλῆς καὶ τὴν τοῦ Ἰωνάθαν σφαγῆν, καὶ τὴν παν-  
ωλεθρίαν τοῦ δήμου παντός, τὴν οὐ γενομένην μὲν, συμ-  
βᾶσιν δὲ ὅμως ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῶν ὄρκων, τὴν ἀλ-  
λήλους λέγειν παρακαλῶ, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ,  
καὶ πρὸς γυναῖκας, καὶ πρὸς φίλους, καὶ πρὸς γείτονας,  
καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀπλῶς ὑπὲρ τοῦ πράγμα-  
τος τοῦτου ποιεῖσθαι σπουδὴν, καὶ μὴ νομίζειν ἀρκούσαν  
ἡμῖν ἀπολογία εἶναι, εἰ συνήθειαν προβαλοῖμεθα. Ὅτι  
γὰρ σκηψίς ταῦτα καὶ πρόφασις, καὶ οὐ συνήθεια, ἀλλὰ  
βουθυμίας ἐστὶν ἡ παρανομία, ἀπὸ τῶν ἡδὴ συμβάντων  
ἡμῖν πεῖσαι πειράσομαι.

Ἀπέκλεισε τὰ βασιλεῖα τῆς πόλεως ὁ βασιλεὺς, καὶ  
μηδένα λούσασθαι ἐκέλευσε, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησε παρα-  
βῆναι· τὸν νόμον, οὐδὲ ἀιτίασθαι τὸ γεγενημένον, οὐδὲ

συνήθειαν προβαλέσθαι· ἀλλὰ καὶ ἐν ἀβύσσῳ βυτες  
πολλάκις, καὶ ἀνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες καὶ γέ-  
ροντες, καὶ ὠδίνων ἄρτι παυσάμενοι πολλὰι γυναῖκες,  
καὶ ἀναγκαίως ἅπαντες τὸ φάρμακον τοῦτο ἐπιζητοῦν-  
τες, φέρουσι καὶ ἐκόντες καὶ ἀκόντες τὸ ἐπίταγμα, καὶ  
οὔτε ἀσθένειαν σώματος προβάλλονται, οὔτε συνηθείας  
τυραννίδας, οὔτε τὸ ἐτέρον ἀμαρτανόντων αὐτοὶ κολάζε-  
σθαι, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλὰ στέργουσι τὴν  
τιμωρίαν ταύτην διὰ τὸ μείζονα προσδοκῆσαι κακὰ, καὶ  
καθ' ἐκάστην εἴχονται [150] τὴν ἡμέραν μέχρι τοῦτου  
σῆναι τὴν βασιλικὴν ὀργήν. Ὁρᾶς ὅτι ἐνθα φόβος, εὐ-  
κόλως λύεται συνήθεια, καὶ σφόδρα χρονία τις ἢ καὶ  
ἀναγκαῖα; Καίτοι τὸ μὴ λούσασθαι χαλεπὸν. Κἴν γὰρ  
μυριάκις φιλοσοφῶμεν, ἡ τοῦ σώματος φύσις ἐλέγχει-  
ται οὐδὲν ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν φιλοσοφίας εἰς τὴν  
οἰκειαν ὑγίειαν ὠφελουμένη· τὸ δὲ μὴ ὀμνύειν σφόδρα  
βῆδιον, καὶ οὐδεμίαν οἴσει βλάβην, οὐ τοῖς σώμασιν, οὐ  
ταῖς ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸ κέρδος, μεγάλην τὴν  
ἀσφάλειαν, πολλὴν τὴν εὐπορίαν. Πῶ; οὐκ οὐκ ἄστογον,  
βασιλεῶς μὲν ἐπιτάττοντος καὶ τὰ χαλεπώτατα φέρειν,  
θεοῦ δὲ νομοθετοῦτος οὐδὲν χαλεπὸν οὐδὲ δύσκολον, ἀλλὰ  
βῆδιον σφόδρα καὶ εὐκόλον, καταφρονεῖν καὶ καταγελαῖν,  
καὶ συνήθειαν προβάλλεσθαι; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ μέχρι  
τοσούτου τῆς ἑαυτῶν καταφρονώμεν σωτηρίας, ἀλλὰ  
φοβηθῶμεν τὸν Θεόν, ὡς φοβούμεθα ἄνθρωπον. Οἶδα ὅτι  
ἐφρίξατε τοῦτο ἀκούοντες, ἀλλὰ φρίκης ἔξιον τὸ μηδὲ  
τοσαύτην ἀπονέμειν τῷ Θεῷ τιμὴν, ἀλλὰ τοὺς βασιλι-  
κοὺς νόμους μετὰ ἀκριθείας φυλάττοντας, τοὺς θεοὺς  
καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβάοντας καταπατεῖν, καὶ πάρερ-  
γον εἶναι νομίζειν τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν. Ποία γὰρ  
ἡμῖν ἀπολογία λοιπὸν ἔσται; τίς δὲ συγγνώμη, ὅταν  
μετὰ τοσαύτην παραινέσειν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένωμεν; Καὶ  
γὰρ ἀρξάμενης τῆς συμφορᾶς ταύτης τῆς τὴν πόλιν  
κατεχούσης ἠρξάμεν τῆς παραινέσεως ταύτης· καὶ ἡ  
μὲν μέλλει λύεσθαι· λοιπὸν, ἡμεῖς δὲ οὐδέπω μίαν ἐντο-  
λὴν κατωρθώσαμεν. Πῶς οὖν αἰτήσομεν ἀπαλλαγὴν τῶν  
κατεχόντων ἡμᾶς δεινῶν, μίαν ἐντολὴν ἀνύσαι μὴ δυνα-  
θέντες; πῶς δὲ προσδοκῶμεν τὴν χρηστὴν μεταβολὴν,  
πῶς δὲ εὐξόμεθα; ποία δὲ γλύττι τὸν Θεόν καλέσομεν;  
Ἄν μὲν γὰρ ἀνύσωμεν τὸν νόμον, πολλὴν καρπωσόμεθα  
τὴν ἡδονήν, τοῦ βασιλεῶς τῆ πόλει καταλλαγέντος· ἂν  
δὲ μείνωμεν ἐπὶ τῆς παρανομίας, αἰσχύνῃ καὶ δειδοῦς  
ἡμῖν ἔσται πάντοθεν, ὅτι, τοῦ Θεοῦ λύσαντος τὸν κίνδυνον,  
ἡμεῖς ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐμείναμεν βουθυμίας. Εἴθε μοι δυ-  
νατὸν ἦν τὰς ψυχὰς ἀποδοῦσαι τῶν πολυόρκων, καὶ ὄψο-  
σιν ὑποβαλεῖν αὐτῶν τὰ τραύματα καὶ τοὺς μύλωνας,  
οὓς ἀπὸ τῶν ὄρκων καθ' ἐκάστην λαμβάνουσι τὴν ἡμέ-  
ραν· καὶ οὐκ ἂν ἐδοξέθημεν παραινέσεως ἢ συμβουλῆς,  
τῆς τῶν τραυμάτων ὄψεως ἀρκούσης λόγου παντός δυνα-  
τώτερον καὶ τοῦ σφόδρα ἐπιχειμένου τῆς πονηρᾶ ταύτης  
συνηθείας τῆς πονηρίας ἀπαγαγεῖν. Πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ  
μὴ ταῖς ὄψοις δυνατὸν, τῷ λογισμῷ δυνατὸν αὐτῶν ὑπο-  
βαλεῖν τῆς ψυχῆς τὸ αἶσχος, καὶ δεῖξαι σεσηπυῖαν αὐ-  
τὴν καὶ διεφθαρμένην. Ὅσπερ γὰρ, φησὶν, οἰκέτης  
καταβόμενος ἐνδελεχῶς ἀπὸ μύλωνος οὐ καθαρῶσθή-  
σεται, οὕτως ὁ ὀμνύων καὶ ὀνομάζων τὸν Θεόν δια-  
παντός, ἀπὸ ἀμαρτίας οὐ καθαρῶσθήσεται. Ἀμήχανον  
γὰρ, ἀμήχανον, στόμα μεμελετηκὸς ὀμνύειν, μὴ  
συνεχῶς ἐπιπορκεῖν. Διὸ δὴ παρακαλῶ πάντας τὴν ἐλέησιν

• Sav. et plurimi mss. καὶ οὐδ' ἂν οὕτω τὰ, et hanc lectio-  
nem sequitur interpretes; Mor. veru καὶ οὐδὲν οὕτω τὰ.

• A lii ὑπὸ τοῦ παιδίου.

• A lii ἀπέφηνεν, alii ὑπέφηνεν.

d Sav. et aliquot mss. μυριάκις, Mor. πολλάκις.

• Sav. ἀπαλλάξει.

f Sav. et aliquot mss. οὐκ ἀθωοθήσεται.

ταύτην καὶ πονηρὰν συνθήειαν ἀποθεμένους τῆς ψυχῆς, ἕτερον στέφανον ἀναθήσασθαι. Καὶ ὡσπερ πανταχοῦ περὶ τῆς πόλεως ἔδοξεν τῆς ἡμετέρας, ὅτι πρώτη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀπασῶν τὸ [151] Χριστιανῶν ὄνομα ἀνεδύσατο, οὕτω δότε πᾶσι λέγειν, ὅτι μόνη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀπασῶν Ἀντιόχεια τοὺς ὄρκους τῶν οἰκείων ὄρων ἀπέφρασε. Μᾶλλον δὲ, ἂν τοῦτο γένηται, οὐκ αὐτὴ στεφανωθήσεται μόνη, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας εἰς τὸν αὐτὸν ἐνάξει ζῆλον· καὶ καθάπερ τὸ ὄνομα τῶν Χριστιανῶν ὡσπερ ἐκ τινος πηγῆς ἐντεῦθεν ἀρξάμενον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέκλυσεν, οὕτω δὴ καὶ τὸ κατορθώμα τοῦτο τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ἀφορμὴν ἐντεῦθεν λαβόν,

<sup>a</sup> Sav. et quidam mss. ἀνεθήσατο.

πάντας τοὺς τὴν γῆν οἰκοῦντας ἀνθρώπους μαθητῆς ὑμετέρους ἐργάσεται, ὡστε διπλοῦν ὑμῖν καὶ τριπλοῦν γενέσθαι τὸν μισθόν, καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων διδασκαλίας. Τοῦτο διαδήματος ὑμῖν παντός ἐστὶ λαμπρότερον, τοῦτο μετρόπολιν ὑμῖν ποιήσει τὴν πόλιν, οὐκ ἐν τῇ γῇ ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν οὐρανῶν<sup>b</sup>· τοῦτο καὶ κατ' ἐκείνην ἡμῶν προσθήσεται τὴν ἡμέραν, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν οἶσε στέφανον· οὐ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, ἡμεῖς καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>b</sup> Alii ἐν τῷ οὐρανῷ.

*Ἔτι εἰς τὴν συμφορὰν τῆς πόλεως Ἀντιοχείας, καὶ διὰ χρῆσιν πανταχοῦ φόβος, καὶ διὰ πένθος γέλωτος λυσιτελέστερον, καὶ εἰς τὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν· Ἐπίγνωνθι ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις· καὶ διὰ τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὀρμίζειν χεῖρον.*

### Ὁμιλία ιε'.

α'. Ἐδεῖ καὶ τὴμερον καὶ τῷ προτέρῳ σαββάτῳ τὸν περὶ νηστείας κινήσαι λόγον, καὶ μηδέεις ἀκαιρον εἶναι νομιζέτω τὸ λεχθέν. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῆς νηστείας οὐδὲν δεῖ συμβουλῆς καὶ παραινέσεως εἰς τοῦτο, αὐτῆς τῶν ἡμερῶν τῆς παρουσίας καὶ τοὺς σφόδρα ἀναπεπτωκότας διεγειροῦσθαι πρὸς τὸν τῆς νηστείας ἀγῶνα. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν αἱ εἰς νηστείαν μέλλουτες, καθάπερ ποιουρική τινὶ μακρᾷ παραδίδοσθαι μελλούσης τῆς γαστρὸς, ἀδηφαγίαν καὶ μέθην προλαβόντες ἀποτιθένται, ἐξιώντες τε πάλιν, ὡσπερ ἐκ τινος μακροῦ λέμου καὶ χαλεποῦ δεσμοτηρίου τῆς νηστείας ἀπαλλαγίμους, μετὰ πολλῆς τῆς ἀπειροκαλίας ἐπὶ τὰς τραπέζας τρέχουσι, καθάπερ σπουδάζοντες τὴν ἐκ τῆς νηστείας γενομένην αὐτοῖς ὠφέλειαν τῇ τῆς ἀδηφαγίας ἀμετρίᾳ καταλύσαι πάλιν, ἀναγκαῖον ἦν καὶ τότε καὶ νῦν τοὺς περὶ ἐγκρατείας κινήσαι λόγους.

Ἄλλ' ὁμοῦ οὕτε πρῶτην εἰρήκαμὲν τι τοιοῦτον, οὕτε νῦν ἐροῦμεν· ὁ γὰρ εἰς ἐπικειμένης συμφορᾶς φόβος ἀνεῖ πάσης παραινέσεως καὶ συμβουλῆς ἀρκεῖ τὰς ἀπάντων σφρονίσει ψυχάς. Τίς γὰρ οὕτως ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, ὡς ἐν τοσοῦτ' χειμῶνι μεθύειν; τίς οὕτως ἀναίσθητος, ὡς τῆς πόλεως οὕτω σαλευομένης, καὶ ναυαγίας τοιαύτης ἀπειλούμενης, μὴ νήφειν καὶ ἐγρηγορεῖν, καὶ πάσης συμβουλῆς καὶ παραινέσεως ἀκριδέστερον ἀπὸ τῆς ἀγωνίας διορθοῦσθαι ταύτης; Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐργάσασθαι δυνήσεται λόγος, ὅσον [152] ἐργάζεται φόβος· καὶ τοῦτο αὐτὸ ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων νῦν δυνατὸν ἀποδείξει. Πότους γοῦν ἀνηλώσαμεν λόγους, πολλοὺς<sup>a</sup> τῶν βαθύμην παραινούντες, καὶ συμβουλευόντες τὰ θέατρα ἀφεῖναι, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀκολασίας; καὶ οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ' ἀεὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην ἐπὶ τὰς παρανόμους τῶν ὀρχουμένων συνέτρεχον θεωρίας, καὶ σύλλογον διαβολικῶν ἀντικαθίστασαν τῷ πληρώματι τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῖς ἐνταῦθα ψαλμωδίας ἀνετήχον αἰ εἰσέθεν κραυγαὶ μετὰ πολλῆς φερόμεναι τῆς σφοδρότητος· ἀλλ' ἰδοὺ νῦν σιγῶντων ἡμῶν, καὶ οὐδὲν περὶ τούτου λεγόντων, αὐτόματα τὴν ὀρχήστραν ἐφραξαν<sup>b</sup>, καὶ ὁ ἱππόδρομος ἄβατος γέγονε· καὶ πρὸ τούτου μὲν πολλοὶ τῶν ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους ἐτρέχον, νῦν δὲ πάντες ἐκεῖθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν

κατέφυγον, καὶ τὸν ἡμέτερον ἅπαντες ἐνυμνοῦσι θεῖον. Ὅρξ πόσον ἀπὸ τοῦ φόβου τὸ κέρδος ἐγένετο; Εἰ μὴ καλὸν ἦν ὁ φόβος, οὐκ ἂν πατέρες παιδαγωγούς τῶν παισὶν ἐπέστησαν, οὐκ ἂν οἱ νομοθέται ταῖς πόλεσιν ἐρχόταν. Τί γέννης χαλεπότερον; ἀλλ' οὐδὲν τὸ ταῖς χρῆσιμώτερον φόβου· ὁ γὰρ τῆς γέννης φόβος τὸν τῆς βασιλείας ἡμῖν κομίζει στέφανον. Ἐνθα φόβος ἐστὶν, οὐκ ἐστὶ φθόνος· ἐνθα φόβος ἐστὶν, χρημάτων ἔρας οὐκ ἐνοχλεῖ· ἐνθα φόβος ἐστὶν, ἐσέσεται θυμὸς, ἐπιθυμία κατέσταται πονηρὰ, ἅπαν ἀλόγιστον ἐξώρισται πάθος· καὶ καθάπερ ἐν οἰκίᾳ στρατιώτου διηνεκῶς ἐπισημῶν οὐ ληστής, οὐ τοιχορῦχος, οὐκ ἄλλος τις τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργούντων τολμήσει φανῆναι πλησίον, οὕτω καὶ φόβου τὰς ἡμετέρας κατέχοντος ψυχάς, οὐδὲν τῶν ἀντικαθάρων παθῶν ἐπιείσχεται βλάβος ἡμῖν· ἀλλὰ πάντα δραπετεύει καὶ φυγαδεύεται τῇ τυραννίδι τοῦ φόβου πάντοθεν ἐξελαυνόμενα. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν ὁ καρπὸς μεθὰ ἀπὸ τοῦ φόβου, ἀλλὰ καὶ ἕτερον πολλὸν τοιοῦτο μεῖζον. Οὐ γὰρ διὰ τὴν πονηρὰν ἡμῶν ἀπεικονίαν πᾶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν εἰσάγει μετὰ πολλῆς εὐκαλίας τὴν ἀρετὴν. Ἐνθα φόβος ἐστὶν, ἐκεῖ καὶ ἐλεημοσύνη· οὐκ ἐστὶν, καὶ εὐχῆς ἐπίτασις, καὶ δάκρυα θερμὰ καὶ ἐπιλάλησι, καὶ στεναγμοὶ πολλῆν ἔχοντες τὴν κατάνυξιν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κατεσθίει μὲν ἁμαρτήματα, ἀρετὴν δὲ ἀξίως ποιεῖ καὶ θάλλειν, ὡς διηνεκῆς φόβου φύσις· διὰ τὸν τὸν μὴ συζῶντα φόβῳ ἀδύνατον κατορθοῦσθαι· ὡσπερ οὖν τὸν ἐν φόβῳ ζῶντα ἀδύνατον διαμαρτεῖν. Μὴ τοῖσι ἀλγῶμεν, ἀγαπητοί, μηδὲ καταπίπτωμεν ἐπὶ τῇ παροῇ θλίψει, ἀλλὰ θαυμάσωμεν τὸ εὐμήχανον τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας. Δι' ὧν γὰρ προσεδόκησεν ὁ διάβολος τὴν πᾶσιν ἡμῶν καταβαλεῖν, διὰ τούτων αὐτὴν ὁ Θεὸς ἀνέστησε καὶ ἀνῶρθωσεν· ὁ μὲν γὰρ διάβολος ἐνέπνευσε τὰς παρανόμους ἀνθρώπους, καὶ εἰς τοὺς τῶν βασιλέων ἰδεσθῶν ἀνδριάντας<sup>c</sup>, ἐνταὶ αὐτὸ τῆς πόλεως ἀφανισθῆναι ἔδοξεν· ὁ δὲ Θεὸς ἀνὰ οὐρανὸν τῶν γαληνῶν ἀπὸ τῆς σφρονισμῶν ἡμῶν πλείονα ἀπεχρήσατο, τῷ φόβῳ τῆς προσδοκωμένης ἀπειλῆς πᾶσαν ἐκβαλὼν βιβυμίαν καὶ γέγονε τούναντιον, ἤπερ ὁ δαίμων ἠθέλησε, δι' ὧν αὐτὸς κατεσκεύασεν. Ἢ γὰρ πόλις ἡμῖν καθ' ἑκάστην ἐκκαθαίρεται τὴν ἡμέραν, καὶ στενωποὶ καὶ ἀμφοδὲ καὶ

<sup>a</sup> Alii πολλοῖς, alii πολλοῦς.

<sup>b</sup> Alii ἐφραξαν, alii ἐνέφραξαν, vel ἀνέφραξαν.

<sup>c</sup> Alii ἀμήχανον κατορθώσας.

<sup>d</sup> Ita Sav. et magna pars mss. In Mor. ὁ Θεὸς δερσῶν.

<sup>e</sup> Sav. (bene) εἰς αὐτοὺς τ. β. ὀφθαλμοὺς ἀνδριάντας· Κοπ



probam consuetudinem deponentes ex anima, aliam coronam reportetis. Et sicut ubique de civitate nostra cantant, quod prima omnium in orbe terrarum Christianorum nomen induit<sup>1</sup>: sic facite ut omnes dicant solam omnium in mundo Antiochiam propriis juramenta finibus expulsi. Imo vero si hoc fiat, non tantam ipsa coronabitur, verum etiam alias in eundem zelum rediget. Et sicut Christianorum nomen, velut ex quodam fonte hinc incipiens, totum mundum inundavit: sic profecto et meritum hoc radicem et occa-

sionem hinc capiens, omnes terram habitantes discipulos vestros efficiet, ut duplex vobis et triplex fiat merces, et de propriis meritis, et de aliorum doctrina. Hoc diademate quolibet vobis erit splendidius: hoc metropolim vobis civitatem faciet non in terra tantum, verum et in cælis: hoc et nobis die illa patrocina-bitur, et justitiæ coronam nobis afferet: quam ut omnes assequamur, detur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, simul et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>1</sup> sav. et quidam Mss., *nomen sibi adscripsit.*

ITIDEM IN CALAMITATEM CIVITATIS ANTIOCHIÆ, UTILEM UBIQUE TIOREM ESSE LUCTUMQUE RISU UTILIOREM, ET IN ILLUD DICTUM, AGNOSCE QUOD IN MEDIO LAQUEORUM PERTRANSIS (*Eccli.* 9. 20), ET QUOD PEJUS JURARE, QUAM OCCIDERE.



HOMILIA XV.

I. Oportebat et hodie et superiore sabbato de jejuniis facere sermonem: intempestivum hoc dictum esse cogitet nemo. Nam in diebus quidem jejunii consilio nihil opus est et admonitione, ipsa dierum præsentia etiam negligentissimos ad jejunii certamen excitante; sed quoniam hominum multi jejunium aggressuri, tamquam longæ cuidam obsessioni tradendus sit venter, crapulæ et ebrietati præoccupantes indulgent: rursusque egressi tanquam ex longa quadam esurie, et gravi jejunii carcere soluti, cum multo dedecore ad mensas currunt, ceu studentes sibi ortam ex jejuniis utilitatem crapulæ excessu rursus perdere: operæ pretium fruit et tunc, et nunc de temperantia institutare sermonem.

*Calamitas virtutis magistra.* — Verumtamen neque prius quidquam hujusmodi diximus, neque nunc dicemus: instantis enim calamitatis timor pro omni admonitione et consilio cunctorum animas moderari valet. Quis enim tam miser et ærunnosus, ut in tanta tempestate inebrietur? quis tam insensatus, ut civitate sic fluctuante, et naufragio tali imminente non sobrius sit et vigilet, et hac anxietate non diligentius, quam omni consilio et admonitione corrigatur? Non enim tantum efficere poterit sermo, quantum timor operatur: et hoc ipsum ex iis, quæ nunc acciderunt, demonstrare facile est. Quot namque sermones impendimus, torpidorum multos admonentes, et consulentes ut theatra et illinc provenientes lascivias dimitterent? et non abstinebant, sed semper usque ad hanc diem ad illicita saltantium spectacula concurrabant, diabolicam concionem adversus Dei ecclesiæ plenitudinem constituebant, et hujus loci psalmodiis clamores inde cum multa sublatis vehementia obstrepebant. Sed ecce nunc tacentibus nobis et nihil de hoc dicentibus, sponte orchestram obstruxerunt, et circus inaccessibilis factus est. Antehac nostrorum multi ad illos currebant; nunc autem illinc omnes ad ecclesiam confugerunt, et nostrum omnes laudant Deum.

tum ex timore lucri factum est? Nisi bonus esset timor, filiis patres pædagogos non præponerent, non legislatores civitatibus ullos magistratos. Quid gehenna gravius? sed hujus metu nil utilius: gehennæ namque timor regni nobis affert coronam. Ubi timor est, livor non est: ubi timor est, pecuniarum amor non vexat: ubi timor est, extinctus furor est, cupiditas improba correctæ, omnis irrationabilis passio exterminata. Et sicut in domo stante milite semper armato, non latro, non fur, non alius quis talia mala patrantium apparere propius audebit: sic et metu animas nostras occupante, illiberalium nulla perturbationum facile nobis subrepat, sed omnes fugiant, et pelluntur, timoris imperio undique exactæ. Nec hoc solum est quod ex timore lucratur, verum et aliud hoc multo majus. Non enim improbas tantum nostras expellit passiones, sed et omnem cum multa facilitate virtutem inducit. Ubi timor est, ibi et eleemosynæ studium, et orationis intentio, et lacrymæ ferventes et continuæ, et gemitus multam habentes compunctionem. Nihil enim tantum peccata consumit, virtutemque crescere facit et germinare, quantum assidui timoris natura. Propterea qui non vivit in timore, recte illum agere non est possibile: sicut vicissim cum timore viventem est impossibile peccare. Ne igitur doleamus, dilecti, neque animum despondeamus ob præsentem tribulationem, sed solertem Dei sapientiam admiremur. Unde namque civitatem nostram diabolus se eversurum speravit, Deus<sup>1</sup> inde restituit ipsam et correxit. Diabolus nempe quibusdam impiis hominibus inspiravit, ut Imperatorum statuas injuriis afficerent, quo et ipsum urbis solum destrueretur; Deus autem hoc ipso facto ad majorem nostram correctionem usus est, expectatæ comminationis timore omne extrudens torporem: et factum est contra quam dæmon volebat, ex iis quæ ipse struxerat. Civitas enim quotidie nobis expurgatur, et angiporti et bivia et plateæ liberatæ meretriciis

<sup>1</sup> Ita Sav. et maxima pars Mss. In Morel. vero deest. *Deus.*

*Gehenna: timor regni coronam affert.* — Vides quantum  
PATROL. GR. XI.IX.

et lubricis sunt cantibus : et quocumque respexerit aliquis, supplicationes et benedictiones et lacrymæ pro risu soluto, et verba philosophiam habentia pro verbis turpibus : et ecclesia facta nobis est civitas tota, officinis clausis, omnibus in his publicis supplicationibus diem totum agentibus, et Deum una communique voce cum multa invocantibus alacritate. Quis hæc sermo unquam expedire potuisset ? quæ admonitio ? quod consilium ? quanta temporis longitudo ?

2. Propterea Deo gratias agamus, non moleste feramus, nec indignemur. Quod enim bonum sit timor, et memorata demonstraverunt : audi vero et Salomonem de hoc ita philosophantem, Salomonem, inquam, omnibus innutritum deliciis, et multa positum libertate. Quid igitur inquit ille ? *Melius est ire in domum luctus quam in domum convivii* (*Eccle. 7. 5*) (a). Quid est, quæso, quod ais ? Ubi luctus, et lacrymæ, et genitus, et dolor, et tristitia tanta, melius illine abscedere, quam ubi choræ, et cythara, et risus, et deliciæ, et crapula, et ebrietas ? Etiam, ait<sup>1</sup>. Verum, qua de causa, quæso, et quapropter ? Quoniam illine quidem petulantia, hinc vero modestia nascitur : et si quis ad opulentioris abeat convivium, non amplius cum eadem lætitia domum revertetur, sed tristis quidem ad uxorem redibit, tristis autem et de sua mensa participabit, et molestus servis et filiis et omnibus erit domesticis, ex aliorum copia suam diligentius paupertatem considerans. Nec hoc solum est grave, sed id etiam quod sæpe vocanti se ad convivium invidet ; et nihil penitus boni gratique sumens domum revertitur. Circa lugentes vero nihil tale dici potest, sed multa ibi philosophia, multa modestia. Simul enim ac quispiam domus mortuum habentis vestibulum ascenderit, mortuum intus nutum, jacentem, et uxorem crines vellentem, lacerantem genas, et brachia secantem, corripitur, tristatur, et considentium quisque ad proximum nil aliud loquitur, quam quod nil sumus, et malitia nostra sit ineffabilis. Quid his verbis sapientius esse possit, cum et naturæ vililitatem agnoscamus, et nostram acusemus improbitatem, et nihil esse presentia cogitemus : aliis quidem verbis, sententia tamen eadem Salomonis illa loquentes mirabilia et multæ plena philosophiæ, *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas* (*Eccle. 1. 2*). Lugentium domum ingressus, statim lacrymis defunctum prosequitur, etiam i sit inimicus. Vidisti quanto melior hæc quam illa domus ? Ille enim, etiamsi amicus sit, invidet ; hic autem, etiamsi inimicus sit, lacrymatur : quod omnium maxime Deus exquirat, ut non insultemus his, qui nos contristavere. Non hæc autem sola possunt hinc bona

<sup>1</sup> Hæc, etiam ait, in solo Morel. desunt.

(a) In his voces, *quam in domum convivii*, hoc dederunt notitium editores Veneti, p. 135. B. 6 : et verba sanctæ pagine, prout hic a D. Chrysostomo referuntur, fideliter vertamus, vox *risus* substituenda est voci *convivii* : quoniam tum Vulgata, tum Septuaginta cum hebraico consentiant ; quodque mirum magis videatur, ipse Chrysostomus sensum lectionis hebraicæ, in his quæ sequuntur, respexit, et paulo inferius (col. 156, l. 11) eundem locum Salomonis denuo profertens, legit, cum septuaginta Interpretibus, *convivii*, non, *risus*.

excerpi, verum et alia his non minora. Etenim peccatorum quisque suorum reminiscitur, tremendi tribunalis et poenarum illarum et judicii, ac licet sit infinita ab aliis passus mala, et domi tristitias habeat, ipsorum omnium medela capta, ita revertitur. Cogitans enim et se et eos omnes, qui superbia tument, idipsum brevi passuros esse, et transitoria cuncta præsentia esse, sive suavia sint sive tristia, tristitiam et invidiam omnem deponens, et levem relictus animam, et relevatus, sic domum revertetur : et hinc mansuetior erit in omnes, et humanior, benignior, et sapientior, futurorum timore ipsius animam subgresso et omnes spinas abstruente. Et hæc omnia cognoscens ille dicebat, *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii* (*Eccle. 7. 5*). Illinc torpor, hinc anxietas nascitur : illine contemptus, hinc timor ad omnem nos virtutem deducens<sup>1</sup>. Nisi bonum esset timor, non multos impendisset Christus sermones et longos, de pena et supplicio ille futuris loquens. Timor nil aliud est, quam murus et munimentum, et turris inexpugnabilis : etenim multa nobis munitione opus est ; quia multe sunt undique insidie, sicut ipse Salomon rursus sic admonens dicebat : *Agnosce quod in medio laqueorum transis, et super propugnacula urbis<sup>2</sup> ambulas* (*Eccle. 9. 20*). Papæ, quod honorum plenum est hoc verbum, nec minus quam superius !

*In mundo plena omnia laqueis.* — I, sum igitur in mente quisque nostra scribamus, et semper in memoria circumferamus, et non facile peccabimus. Inscribamus prius ipsum cum omni diligentia discentes. Non enim dixit : *Aspice quod in medio laqueorum pertransis*, sed, *Agnosce*. Et quare dixit, *Agnosce* ? Obumbratus est, inquit, laqueus : hoc enim laqueus est, quando non aperte mors appetet, neque manifesta elades, sed undique obiecta adjaacet : propterea dixit, *Agnosce*. Multa tibi opus est consideratione, et diligenti scrutatione : sicut enim pueri terra laqueos, sic diabolus vite voluptatibus peccata circumtextit. Sed agnosce perscrutans diligenter : et si luctum occurrerit, ne luctum aspicias solum, sed scrutare diligenter, ne forte mors et peccatum intra luctum sit absconditum : et si videris, refuge. Rursus cum delectatio et voluptas occurrerit, ne voluptatem solum respicias, sed ne forte iniquitas aliqua in voluptatis profundo obumbrata sit, diligenter considera, et si inveneris, resilito. Sive consulat quispiam, sive adlatur, sive obsequatur, sive honores polliceatur, sive quodcumque aliud ; omnia cum diligentia examine-mus, et undique consideremus, ne forte damnum aliquod, ne forte periculum aliquod ex consilio, vel honore, vel obsequio nobis eveniat, et ne celeriter et inconsiderate accurramus. Si enim unus tantum et duo laquei forent, facilis esset custodia ; nunc autem ipsorum multitudinem ostendere volens Salomon, quomodo dicit audias : *Agnosce quod in medio laqueorum pertransis*. Non dixit, *Juxta laqueos pertransis*,

<sup>1</sup> Alii : *irine timor, timor ad omnia, etc.*

<sup>2</sup> Alii, *urbium*.

ἀγοραὶ τῶν πορνικῶν καὶ διακεκλασμένων ἀπὸ πλάγης ἀμαρτιῶν, καὶ ὅπου περ ἂν τις ἴδῃ, λέγεται [155] καὶ εὐφημία· καὶ δάκρυα ἀντὶ γέλωτος ἀτάκτου, καὶ ῥήματα φιλοσοφίας, ἔχοντα ἀντὶ ῥημάτων αἰσχυρῶν, καὶ ἐκκλησία γέγονε ἡμῖν ἢ πόλις ἅπαντα, τῶν ἐργαστηρίων ἀποκεκλισμένων, καὶ πάντων ἐν ταῖς πανδημίαις ταύταις διημερευόντων ἰσταῖς, καὶ τὸν θεὸν μὴ καὶ κοινῇ φωνῇ ἂ μετὰ πολλῆς κελούτων τῆς προθυμίας. Ποῖος ταῦτα λόγος ἀνύται ποτὲ ἴσχυσε; ποῖα παραίνεσις; τίς συμβουλή; πῶσον χρόνου μήκας;

β. Διὰ ταῦτα εὐχαριστῶμεν, καὶ μὴ ἀποδυσπετῶμεν μηδὲ δυσχεραίνωμεν. Ὅτι γὰρ καλὸν ὁ φόβος, εἰδίδεξε μὲν καὶ τὴν εἰρημνίαν ἄκουσον δὲ καὶ Σολομῶντος περὶ αὐτοῦ φιλοσοφούντος οὕτως, Σολομῶντος τοῦ πάσης συντραφέντος τρυφῇ καὶ πολλῆς ἀποκαλύσαντος ἀδείας. Τί οὖν ἐκεῖνός φησιν; Ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ πορευθῆναι εἰς οἶκον γέλωτος. Τί λέγεις, εἰπέ μοι; Ὅπου ἔργος, καὶ δάκρυα, καὶ οἰμωγαί, καὶ δόνη, καὶ ἀθυμία πικρῆ, βέλτιον ἀπελθεῖν μᾶλλον, ἢ ὅπου χορεία, καὶ κύμβαλα, καὶ γέλωσ, καὶ τρυφή, καὶ ἀδηφαγία, καὶ μέθη; Καὶ, φησὶ β. Τίνας ἐνεκεν, εἰπέ μοι, καὶ διὰ τί; Ὅτι ἐκεῖθεν μὲν παροιμία, ἐντεῦθεν δὲ σωφροσύνη τίκται· καὶ ἀπέλθῃ τις εἰς εὐπορωτέρον συμπόσιον, οὐκέτι μετὰ τῆς αὐτῆς ἡδονῆς ἔσεται τὴν οἰκίαν, ἀλλ' ἀρῶς μὲν πρὸς τὴν γυναῖκα ἐπανήξει, ἀρῶς δὲ τῆς ἑαυτοῦ μεθέξει τραπέζης, καὶ δυσάρεστος καὶ τοῖς οἰκέταις καὶ τοῖς παιδίοις καὶ πᾶσιν ἔσται τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀπὸ τῆς ἐτέρων εὐπορίας ἀκριβέστερον κατιδὼν τὴν ἑαυτοῦ πενίαν. Καὶ οὗ τοῦτο μόνον ἔστι τὸ δεινόν, ἀλλ' ὅτι καὶ βραχίοναι πολλάκις τῶν καλέσαντι αὐτὸν πρὸς τὴν εὐωχίαν· καὶ ὅπως οὐδὲν ἀγαθὸν λαθὼν οἴκαδε ἐπανήξει. Ἐπὶ δὲ τῶν πανθούτων οὐδὲν τοιοῦτον ἔστιν εἰπεῖν, ἀλλὰ πολλὴ μὲν ἡ φιλοσοφία, πολλὴ δὲ ἡ σωφροσύνη. Ἄμα γὰρ ἂν τις ἐπιβῇ τῶν προθύρων τῆς οἰκίας τῆς νεκρῶν ἐχούσης, καὶ τὸν τετελεστηκότα ἴδῃ ἄφρωνος κείμενον, καὶ τὴν γυναῖκα τὰς τρίχας ἐλλοῦσαν, τὰς παρειὰς καταστραφύσαντας, τοὺς βραχίονας κατατεμνοῦσας, καταστέλλεται, σκυθρωπάζει, καὶ τῶν συγκαθημένων ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον οὐδὲν ἕτερον φθέγγεται ἀλλ' ἢ, ὅτι οὐκ ἐν ἔσμεν, καὶ ἡ κακία ἡμῶν ἄφατος. Τί τούτων φιλοσοφώτερον τῶν ῥημάτων γένοιτο; ἂν, ὅταν καὶ τῆς φύσεως τὴν εὐτέλειαν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ τὴν πονηρίαν διαβάλλωμεν, καὶ μὴδὲν εἶναι τὰ παρόντα νομίζωσαν, ἑτέροις μὲν ῥήμασι, γνῶμη δὲ τῇ αὐτῇ τὰ τοῦ Σολομῶντος φησιν ὅτι ἐκεῖνα τὰ θαυμαστά καὶ πολλῆς φιλοσοφίας ἔχοντα, ὅτι *Ματαιότης ματαιότητων, καὶ τὰ πάντα ματαιότης*; Ὁ εἰς οἶκον πενιούτων εἰσελθὼν, εὐθέως ἰσχυραὶ τὸν ἀπελθόντα, καὶ ἐχθρὸς ἢ. Εἶδες πῶσον βελτίων αὐτῆ ἐκεῖνης ἡ οἰκία; Ἐκεῖ μὲν γὰρ, καὶ φίλος ἢ, φρονεῖ· ἐνταῦθα δὲ, καὶ ἐχθρὸς ἢ, θαυραῖ· οὗτο, ὁ μάστιγα πάντων ὁ θεὸς ἐπιζητεῖ, τὸ μὴ ἐφθάρσεναι τοῖς λευκοῦσι. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἔστιν ἐκεῖθεν καρπώσασθαι τὰ κατὰ, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τούτων οὐκ ἐλάττω. Καὶ γὰρ ἀναμνησθεταί [156] τῶν ἀμαρτημάτων ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ δικαστηρίου τοῦ φοβεροῦ, καὶ τῶν εὐθυμῶν ἐκείνων, καὶ τῆς κρίσεως, καὶ ἢ μυρία κακὰ πεπονθῶς παρ' ἑτέρων, καὶ λύπας κατὰ τὴν οἰκίαν ἔχων, πάντων αὐτῶν λαθὼν τὸ φάρμακον οὕτως ἐπάνεισιν. Ἐν-

νοήσας γὰρ, ὅτι μικρὸν ὑπερον καὶ αὐτὸς τείσεται τοῦτο, καὶ πάντες δὲ οἱ μεγάλα φουσῶντες, καὶ ὅτι πρόσκαιρα τὰ παρόντα ἅπαντα, καὶ ἄχρηστά ἢ, καὶ ἄλυπτα, ἀθυμῶν καὶ βασκανίαν ἄπασαν ἀποθέμενος, καὶ κούφην ποιήσας τὴν ψυχὴν, καὶ πτερωθεὶς, οὕτως οἴκαδε ἀναστρέψει· καὶ ἐντεῦθεν ἡμερώτερος ἔσται πᾶσι λοιπῶν, ἐπεικίστερος καὶ προσγνέστερος καὶ φιλοσοφώτερος, τοῦ φόβου τῶν μελλόντων ἐπισελθόντος αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, καὶ τὰς ἀκάνθας δαπανήσαντος ἀπάσας. Καὶ ταῦτα πάντα ἐκεῖνος συνιδὼν ἔλεγεν ὅτι, Ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ πορευθῆναι εἰς οἶκον πότου· ἐκεῖθεν βραθυμία, ἐντεῦθεν ἀγωνία γίνεται· ἐκεῖθεν καταφρόνησις, ἐντεῦθεν φόβος, ὁ πρὸς ἅπασαν ὁ ἡμᾶς παιδαγωγῶν ἀρετῆν. Εἰ μὴ καλὸν ἦν ὁ φόβος, οὐκ ἂν τοὺς πολλοὺς καὶ μακροὺς ἀνήλωσε λόγους ὁ Χριστὸς περὶ τῆς ἐκεῖ κολάσεως καὶ τιμωρίας διαλεγόμενος. Ὁ φόβος οὐδὲν ἕτερον ἔστιν, ἢ τείχος καὶ ἀτφάλεια, καὶ πύργος ἀκαταγώνιστος· καὶ γὰρ πολλῆς ἡμῖν ἀσφαλείας δεῖ, διὰ τὸ πολλὰς εἶναι πανταχοῦ τὰς ἐνέδρας· καθάπερ αὐτὸς οὕτως πάλιν παροιμῶν ὁ Σολομῶν ἔλεγεν· Ἐπίγνωθι, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις καὶ ἐπὶ ἐπάλλεων πόλεως ὁ περιπατεῖς. Βαβαὶ πῶσον γάμει τοῦτο τὸ ῥήμα ἀγαθῶν, καὶ οὐκ ἐλάττω ἢ τὸ πρότερον!

Ἐγγράφωμεν τοίνυν ἕκαστος ἐπὶ τῆς διανοίας· αὐτὸ τῆς ἡμετέρας, καὶ περιφέρωμεν ἐπὶ τῆς μνήμης ἀεὶ, καὶ οὐκ ἀμαρτησόμεθα ταχέως. Ἐγγράφωμεν πρότερον αὐτὸ μετὰ ἀκριβείας ἀπάσης μαθόντες· οὐ γὰρ εἶπε, βλέπε, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, ἀλλ', Ἐπίγνωθι. Καὶ τίνας ἐνεκεν εἶπεν, Ἐπίγνωθι; Συνεσκίασται, φησὶν, ἡ παγίς· τοῦτο γὰρ ἔστιν ἡ παγίς, ὅταν μὴ φανερός ὁ κλεπτικὸς φαίνεται, μηδὲ δῆλη ἡ βλάβη, ἀλλὰ πανταχοῦθεν περιεσταλμένη παρακίετα· διὰ τοῦτο φησὶν, Ἐπίγνωθι· πολλῆς σοὶ δεῖ τῆς κατανοήσεως καὶ ἀκριβοῦς τῆς ἐρεύνης. Ὡς περὶ γὰρ τὰ παιδία τῇ γῆ τὴν παγίδα, οὕτως ὁ διάβολος τὰς ἀμαρτίας τὰς βιωτικὰς περιεστειλεν ἡδοναῖς· ἀλλ' ἐπίγνωθι διερευνώμενος ἀκριβῶς, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ κέρδος, μὴ τὸ κέρδος ἴδῃς μόνον, ἀλλ' ἐρεύνησον ἀκριβῶς, μὴ πού θάνατος καὶ ἀμαρτία εἰς τὸ κέρδος ἐνδον ἐγκέκρυπται· καὶ ἴδῃς, ἀπόφυγες. Πάλιν, ὅταν τέφρις καὶ ἡδονὴ παρεμπέσῃ, μὴ τὴν ἡδονὴν ἴδῃς μόνον, ἀλλὰ μὴ πού παρανομία τις ἐν τῷ βάθει τῆς ἡδονῆς συνεσκίασται, μετὰ ἀκριβείας ἐξέτασον, καὶ ἐύρηξ, ἀποπήδησον· καὶ συμβουλεύη τις, καὶ κολασθεῖς, καὶ θεραπεύη. καὶ τιμὰς ἐπαγγέλλεται, καὶ ὅτι οὐκ ἕτερον, πάντα ἐξετάζωμεν μετὰ ἀκριβείας, καὶ περισκοπῶμεν πάντοθεν μὴ πού τις βλάβη, μὴ πού τις κίνδυνος ἀπὸ τῆς συμβουλῆς, ἢ τῆς τιμῆς, ἢ τῆς θεραπείας ἡμῖν ἐγγίνηται, καὶ μὴ ταχέως καὶ ἀπερισκέπτως ἐπιτρέχωμεν. Εἰ μὲν γὰρ μία καὶ δύο μόνον ἦσαν αἱ παγίδες, εὐκολοὶ ἦν ἡ φυλακή· νῦν δὲ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐνδείξασθαι βουλόμενος ὁ Σολομῶν, ἄκουσον πῶς [157] φησὶν ἰ· Ἐπίγνωθι, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις· οὐκ εἶπεν, ὅτι Παρὰ παγίδας διαβαίνεις, ἀλλ' Ἐν μέσῳ παγίδων. Ἐκατέρωθεν ἡμῖν τὰ βάρηρα, ἑκατέρωθεν οἱ δόλοι. Ἐνθάδε τις εἰς ἀγορὰν, εἶδεν ἐχθρὸν, ἐφλέγμανεν ἀπὸ τῆς ἔψεως μόνης· εἶδε φίλον εὐδοκιμούντα, ἐδάσκηεν· εἶδε πένθητα, καταφρόνησε καὶ ὑπερεῖδεν· εἶδε πλούσιον, καὶ ἐφθόνησεν· εἶδε τινα ἐπηρεαζόμενον, ἀπεδυσπέτησεν· εἶδε τινα ἐπηρεάζοντα, ἐδυσχέρανεν· εἶδε γυναῖκα εὐμορφον, ἐάλω. Εἶδες πῶσαι αἱ παγίδες, ἀγαπητέ; Διὰ τοῦτο φησὶν·

\* Sicc Sav. restitimus. Vulg. ἐν τῇ μὴ κοινῇ φωνῇ. Edit.

b Hæc, καὶ, φησὶ, in solo Mor. desunt.

c Hæc, et in illi mss. φιλοσοφῶν, Mor. σωφροσύνη. Paulo  
\* Sicc Sav. ἄμα γὰρ τις... ἴδῃ ἄφρωνος, alii ἴδων ἄφρωνος. (c) Nec-  
cimus ἴδῃ μιο (v.g. ἴδεν. Edit.)

d Alii repetunt φόδος, φόδος, πρὸς ἄπ.

\* Alii πόλεων.

f Alii ἀκούσον τί φησιν.

*Ἐπιγνώθι, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις. Καὶ ἐν οἰκίᾳ παγίδες, καὶ ἐπὶ τραπέζης παγίδες, καὶ ἐπὶ συλλόγων παγίδες. Πολλάκις ἀπερισκέπτως τις μεταξὺ φίλων ὑπάρθρων ἐφθέγγαστο τι τῶν οὐκ ὀφειλόντων ἐξενεχθῆναι βῆμάτων, καὶ κίνδυνον ἤνεγκε τοσοῦτον, ὥστε ὀλόκληρον ἀντρέψαι τὴν οἰκίαν.*

γ. Πανταχόθεν τοίνυν διερευνώμεθα τὰ πράγματα μετὰ ἀκριβείας. Πολλάκις καὶ γυνὴ γέγονε παγὶς τοῖς μὴ προσέχουσι, πολλάκις παιδία, πολλάκις φίλοι, πολλάκις γείτονες. Καὶ τίνος ἔνεκεν τοσαῦτα παγίδες, φησὶν; Ἴνα μὴ κάτωθεν πετώμεθα, ἀλλὰ τὰ ἄνω ζητῶμεν. Καὶ γὰρ τὰ πετεινά, ἕως ἀντὸν ὑψηλὸν ἀέρα τέμνη, οὐ ταχέως ἀλίσκεται· οὕτω καὶ σὺ, ἕως ἀντὸς πρὸς τὰ ἄνω βλέπῃς, οὔτε ὑπὸ παγίδος, οὔτε ὑφ' ἐτέρας τινὸς ἀλώσῃ βῆδῶς ἐπιβουλήσῃ. Ἰξευτὴς ἐστὶν ὁ διάβολος· γενοῦ τοίνυν τῶν ἐκείνου καλὰ μὴν ὑψηλότερος. Ὁ πρὸς τὸ ὕψος ἀναβάς οὐκέτι οὐδὲν θαυμάσεται τῶν βιωτικῶν πραγμάτων· ἀλλ' ὥσπερ, ἐπειδὴν εἰς τὴν κορυφὴν ἀναδράμωμεν τῶν ὄρων, μικρὰ καὶ ἡ πόλις ἡμῖν εἶναι δοκεῖ καὶ τὰ τεῖχη, καὶ μυρμηκῶν δίκην ἐπὶ τῆς γῆς οἱ ἄνδρες ἡμῖν βαδίζοντες φαίνονται· οὕτως ἐπειδὴν ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν ἔνοισαν τῆς φιλοσοφίας ἀνέβησας, οὐδὲν σε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκπλήξαι δύνησεται, ἀλλὰ μικρὰ πάντα φανεῖται, καὶ πλοῦτος, καὶ δόξα, καὶ δυναστεία, καὶ τιμὴ καὶ εἰ τι τοιοῦτον ἔτερον, ὅταν τὰ ἐν οὐρανοῖς βλέπῃς· καθάπερ οὖν καὶ Παῦλος μικρὰ πάντα ἐφαίνετο, καὶ νεκρῶν ἀχρηστότερα τὰ λαμπρὰ τοῦ παρόντος βίου. Διὰ τοῦτο καὶ ἐβόα λέγων· Ἔμοι κόσμος ἐσταύρωται· διὰ τοῦτο καὶ ἡμῖν παρήνγει λέγων· *Τὰ ἄνω φρονεῖτε.* Ἄνω; ποῖα λέγεις, εἰπέ μοι; ὅπου ἥλιος, ὅπου σελήνη; Οὐχί, φησὶν. Ἄλλὰ ποῦ; ὅπου ἄγγελοι, ὅπου ἀρχάγγελοι, ὅπου τὰ χερουδιμ καὶ τὰ σεραφίμ; Οὐχί, φησὶν. Ἄλλὰ ποῦ; Ὁμοῦ ὁ Χριστὸς ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. Πειθώμεθα τοίνυν, κάκεινο διηνεκῶς λογιζώμεθα, ὅτι καθάπερ τῷ στρουθίῳ ὄφελος οὐδὲν τῶν περῶν ὑπὸ τῆς παγίδος ἀλόντι, ἀλλ' εἰκὴ καὶ μάτην πετερύσσεται· οὕτω καὶ σοὶ τῶν λογισμῶν οὐδὲν ὄφελος, ἐὰν κατὰ κράτος ὑπὸ τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας ἀλῆς, ἀλλ' ὅσα ἀν σκιρτήσης, ἐάλως. Διὰ τοῦτο περὰ τοῖς στρουθίοις, ἵνα ἐκφύγῃ τὰς παγίδας· διὰ τοῦτο λογισμοὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα ἐκφύγῃσι τὰ ἀμαρτήματα. Τίνα οὖν ἔξομεν συγγνώμην, τίνα δὲ ἀπολογίαν, ὅταν τῶν ἀλόγων ὦμεν ἀνοητότεροι;

Ὁ μὲν γὰρ στρουθὸς ἀπαξ ἀλούς ὑπὸ παγίδος, εἴτα διαφυγὼν, καὶ ἔλαφος δὲ εἰς δίκτυον· ἐμπεσοῦσα καὶ διαδράσα, δυσκόλως ἀλώσονται πάλιν τοῖς αὐτοῖς· ἐκάστῳ γὰρ ἡ πείρα διδάσκαλος ἀσφαλείας [156] γίνεται. Ἡμεῖς δὲ πολλάκις τοῖς αὐτοῖς ἀλόντες, τοῖς αὐτοῖς περιπίπτομεν, καὶ οὐδὲ τῶν ἀλόγων τὸ προνοητικὸν καὶ μεμεριμημένον οἱ λόγῳ τιμηθέντες μιμούμεθα. Ποσάκις οὖν ἰδόντες γυναῖκα, μυρία ἐπάθομεν δεινὰ οἰκαδε ἀναχωρήσαντες, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν δεξάμενοι, καὶ ἐπὶ πολλαῖς ὀδυνηθέντες ἡμέραις, ἀλλ' ὅμως οὐ σωφρονιζόμεθα, ἀλλὰ μόλις τὸ πρότερον θεραπεύσαντες ἔλκος, πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτομεν, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀλίσκομεθα, καὶ διὰ βραχείαν ἴδοντὴν ὄψεως, διηνεκῆ τινα καὶ χρόνιον ὑπομένομεν ὀδύνην. Ἄλλ' ἐὰν μάθωμεν

\* Ἄλλ' εἰς δίκτυα.

συνεχῶς ταύτην ἐπιλείγειν ἑαυτοῖς τὴν βῆσιν, πάντων ἀποστησόμεθα τῶν δεινῶν· παγὶς μεγίστη κάλλος γυναικός· μάλλον δὲ οὐχὶ κάλλος γυναικός, ἀλλ' ἡ ἀκλιαντος βῆσις· μὴ γὰρ ὅτι τὰ πράγματα διαβάλλωμεν, ἀλλ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν βῆσιν· μὴ δὲ λέγωμεν, Μὴ ἔστωσαν γυναῖκες, ἀλλὰ Μὴ ἔστωσαν μοιχεῖα· μὴ δὲ λέγωμεν, Μὴ ἔστω κάλλος, ἀλλὰ Μὴ ἔστω πορνεία· μὴ δὲ λέγωμεν, Μὴ ἔστω κοιλία, ἀλλὰ Μὴ ἔστω ἀθηφαγία· οὐ γὰρ ἡ κοιλία τὴν ἀθηφαγίαν ποιεῖ, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα βῆσιν. Μὴ λέγωμεν διὰ τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν πάντα τὰ κακά· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὴν βῆσιν καὶ τὴν ἀπληστίαν τὴν ἡμετέραν. Οὐκ ἔφαγε γοῦν οὐδὲ ἔπιεν ὁ διάβολος, καὶ κατέπεσεν· ἔφαγε καὶ ἔπιεν ὁ Παῦλος, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνῆλθε. Πίσσω ἀκούω λεγόντων, Μὴ ἔστω πενία! Ἐπιπομάζωμεν τοίνυν τοὺς τὰ τοιαῦτα δυσχεραίνοντας· βλασφημία γὰρ τὸ τὰ τοιαῦτα λέγειν ἐστί. Λέγωμεν τοίνυν πρὸς αὐτούς· Μὴ ἔστω μικρὴ ψυχία· πενία γὰρ μυρία εἰς τὸν βίον ἡμῶν εἰσάγει ἀγαθὰ, καὶ χωρὶς πενίας ὁ πλοῦτος ἀχρηστος. Μὴ τοίνυν μήτε τοῦτον μήτε ἐκείνην διαβάλλωμεν· πενία γὰρ καὶ πλοῦτος ὄπλα ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν ἐκότερα φέροντα, ἀν ἐθέλωμεν. Ἄσπερ οὖν ὁ γενναῖος στρατιώτης, οἷον ἀν ὄπλον λάβῃ, τὴν οἰκίαν ἀρετῆν ἐπιδεικνύεται· οὕτως ὁ ἄνθρωπος καὶ δεξιὸς ὑφ' ἐκατέρων ἐμποδίζεται. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἀληθές, ἀναμνήσθητι μοι τοῦ Ἰώβ, ὃς ὁμοῦ καὶ πλοῦσιος καὶ πένης γέγονε, καὶ ἐκότερα τὰ ὄπλα μετεχειρίσατο, καὶ ἐν ἐκατέρω ἐκράτησε. Καὶ ὅτε μὲν πλοῦσιος ἦν, ἔλεγε· Ἡ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἠνέφωτο· ὅτε δὲ πένης γέγονεν, ἔλεγε· Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξε, οὕτω καὶ ἐγένετο. Ὅτε πλοῦσιος ἦν, πολλὴν τὴν φιλοξενίαν, ὅτε πένης γέγονε, πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπεδείξατο. Καὶ σὺ τοίνυν πλοῦσιος εἶ, πολλὴν ἐπιδεικνύσσο τὴν ἐλεημοσύνην. Πένης γέγονας; πάλιν τὴν καρτερίαν καὶ τὴν ὑπομονήν. Ὅτε γὰρ πλοῦτος κακὸν, οὔτε πενία ἀπλῶς· ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν τῶν χρωμένων ἐκότερα ταῦτα γίνεται.

δ. Παιδεύσωμεν τοίνυν ἑαυτοὺς μὴ τοιαύτας περὶ τῶν πραγμάτων ἔχειν τὰς κρίσεις, μηδὲ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τὴν πονηρὰν τῶν ἀνθρώπων διαβάλλειν. Τὸν μικρόψυχον οὐδὲ ὁ πλοῦτος ὠφέλησαι δύναται· τὸν μεγαλόψυχον οὐδὲ ἡ πενία καταβλάπτει ποτέ.

Ἐπιγνώμεν τοίνυν τὰς παγίδας, καὶ πόρρωθεν αὐτῶν βαδίζωμεν· ἐπιγνώμεν τοὺς κρημνοὺς, καὶ μηδὲ ἐγγὺς γινώμεθα. Τοῦτο ἀσφαλείας ἡμῖν ἐσται [157] μεγίστης ὑπόθεσις, τὸ μὴ τὰ ἀμαρτήματα φεύγειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀδιάφορα μὲν εἶναι δοκοῦντα, πρὸς δὲ τὰς ἀμαρτίας ἡμᾶς ὑποσκελιζόντα. Οἶόν τι λέγω· Τὸ γελᾶν καὶ ἀστία λέγειν οὐ δοκεῖ μὲν ὠμολογημένον ἀμάρτημα εἶναι, ἔπειθ' ὅτι εἰς ὠμολογημένον ἀμάρτημα· πολλάκις γοῦν ἀπὸ γέλωτος αἰσχρὰ ῥήματα τικτεται, ἀπὸ ῥημάτων αἰσχροῦν πράξεις αἰσχροτέρα· πολλάκις ἀπὸ ῥημάτων καὶ γέλωτος λοιδορία καὶ ὕβρις, ἀπὸ λοιδορίας καὶ ὕβριος πληγαὶ καὶ τραύματα, ἀπὸ τραυμάτων καὶ πληγῶν σφαγαὶ καὶ φόνοι. Ἄν τοίνυν μέλλῃς περὶ σεαυτοῦ κλιῶ; βουλευέσθαι, οὐχὶ τὰ αἰσχρὰ ῥήματα μόνον, οὐδὲ τὰ αἰσχρὰ πράγματα, εὐδὲ τὰς πληγὰς καὶ τὰ τραύματα καὶ τοὺς φόβους, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἄκαιρον γέλωτος

sed, *In medio laqueorum*. Utrisque nobis voragines, utrimque doli. Processit quispiam in forum, vidit inimicum, exarsit ex aspectu solo: vidit amicum laudem consequentem, invidit: vidit pauperem, contempsit, et despexit: divitem, et invidit: quempiam vidit affectum injuria, et ægre tulit: quempiam vidit infestantem, et indignatus est: vidit speciosam mulierem, captus est. Viden' quot laquei? Ideo dicit, *Agnosce quod in medio laqueorum transis*. Et domi laquei, et in mensa laquei, et in concionibus laquei. Sæpius inconsiderate quis inter amicos confidens, loquutus est aliquod verborum quæ proferri non debent, et tale pertulit periculum, ut totam domum subverteret.

3. Undique igitur res cum diligentia perscrutemur. Et uxor sæpe non advertentibus laqueus est facta, sæpe filii, sæpe amici, vicini sæpe. Et qua de re tot laquei? Ne deorsum volumus, sed superiora quæramus. Etenim volatilia donec altum aerem secant, non facile capiuntur: ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo nec ullis facile capieris insidiis. Auceps est diabolus: sis igitur ipsius calamis sublimior. Qui ascendit in altum, non amplius ullam rerum admirabitur humanarum, sed sicut postquam in montium verticem ascenderit, parva nobis et urbs et mœnia apparent, et formicarum more nobis viri super terram ire videntur: sic postquam ad celsam philosophiæ cogitationem ascenderis, nihil terrenorum te percellere poterit, sed parva videbuntur omnia, et divitiæ, et gloria, et potentia, et honor, et si quid aliud hujusmodi, cum cælestia respicias: sicut scilicet et Paulo parva omnia videbantur, et mortuis inutiliora ea, quæ in præsentī vita sunt splendida. Propterea clamabat, dicens: *Mihi mundus crucifixus est* (Gal. 6. 14): ideo et nos admonebat his verbis: *Quæ sursum sunt sapite* (Coloss. 3. 2). *Quæ sursum sunt?* qualia dicis, dic mihi? ubi sol, ubi luna? Non, inquit. Sed ubi? ubi angeli, ubi archangeli, ubi Cherubim et Seraphim? Non, inquit. Sed ubi? *Ubi Christus est in dextera Dei sedens* (Ibid. v. 1). Pareamus igitur, et illud assidue ratiocinemur, quod sicut aviculæ laqueo captæ alarum utilitas nulla, sed frustra et incassum alas concutit: ita tibi nulla ratiocinationum utilitas, si ab improba penitus cupiditate captus sis, sed quantumcumque resileris, captus es. Ideo alæ sunt aviculis, ut effugiant laqueos: ideo ratiocinationes hominibus, ut peccata fugiant. Quam igitur veniam habebimus, quam vero defensionem, cum brutis simus dementiores?

*Experientia cautelæ magistra.* — Avicula namque semel capta laqueo, mox elapsa, et cervus in rete decidens et effugiens, iisdem iterum difficile capiuntur: nam cuique sit experientia cautelæ magistra. Nos sæpius iisdem capti, in eadem cadimus: neque brutorum providentiam et sollicitudinem nos ratione decorati imitamur. Quoties quippe mulierem conspiciati, innumera passi sumus gravia, domum concepta reversi cupiditate, et multis diebus dolore confecti? Verumtamen non corrigimur, sed vix priore curato vulnere, rursus in eadem labimur, et ab iisdem ex-

pagnamur, et propter brevem visum voluptatem diuturnum quemdam et continuum dolorem sustinemus. Sed si frequenter nobis hoc repetere dictum didicerimus, omnibus malis abstinēbimus. Laqueus maximus mulieris forma: imo vero non mulieris forma, sed lascivus aspectus. Non enim res calumniemur, sed nos et nostrum torporem; neque dicamus: Ne sint mulieres, sed, Ne sint adulteria: neque dicamus, Ne sit pulchritudo, sed, Ne sit fornicatio: neque dicamus, Ne sit venter, sed, Non sit crapula: non enim venter crapulam facit, sed negligentia nostra. Non dicamus, Quia comeditur et bibit, omnia hinc mala: non enim propter hoc, sed propter torporem et ingluviem nostram. Non comedit quippe nec bibit diabolus, et cecidit: comedit et bibit Paulus, et in cælum ascendit. Quot dicentes audio, Non sit paupertas? Obmutescere faciamus igitur eos, qui talia ægre ferunt: blasphemia enim est talia dicere. Dicamus igitur ipsis, Non sit pusillanimitas: paupertas enim innumera vitæ bona intulit nostræ, et sine paupertate inutiles sunt divitiæ. Ne calumniemur itaque nec has, nec illam: paupertas enim et divitiæ sunt arma, ad virtutem utraque ferentia, si velimus. Sicut igitur generosus miles, quodcumque ferrum capiat, propriam virtutem ostendit: sic imbellis et ignavus ab omnibus impeditur. Et ut discas hoc verum esse, illius mihi Job recordare, qui simul et dives et pauper factus est, et utraque arma tractavit, et in utrisque vicit. Et quando dives quidem erat, dicebat: *Janua mea omni venienti fuit aperta* (Job 31. 32); quando vero pauper factus est, dicebat: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est* (Job 1. 21). Dum fuit dives, multam hospitalitatem, cum factus est pauper, multam patientiam exhibuit. Et tu igitur si dives es, multam demonstra eleemosynam: si pauper factus es, patientiæ multum et tolerantiam. Neque enim divitiæ malum, nec paupertas simpliciter, sed juxta voluntatem utentium hæc utraque fiunt.

4. Nos igitur ipsos instituamus, ut non talia de rebus feramus judicia, neque Dei opera, sed improbam hominum voluntatem accusemus. Neque pusillanimum divitiæ possunt adjuvare, nec magnanimo pauperies unquam nocet.

*Occasiones vitandæ.* — Agnoscamus igitur laqueos, et ab ipsis procul eamus: agnoscamus præcipitia, nec appropinquemus. Hoc maxime securitatis nobis erit occasio, non tantum peccata fugere, verum et quæ videntur indifferentia quidem esse, sed ad peccata nos supplantant. Exempli causa ridere, et jocosa dicere verba, non manifestum quidem peccatum esse videtur, sed in manifestum crimen inducit: nempe sæpius ex risu turpia nascuntur verba, a turpibus verbis actiones turpiores. Sæpius ex verbis et risu convicia et contumeliæ; de convicio et contumelia plagæ et vulnera, de vulneribus et plagis cædes et homicidia. Si tibi igitur bene consulturus es, non turpia tantum verba, neque turpia tantum facta, neque plagas et vulnera et homicidia, verum et ipsum pestivum risum et verba fugies scurrilia, quoniam

subsequentium malorum radix talia esse solent. Propterea Paulus inquit : *Stultiloquium et scurrilitas ne prodeat ex ore vestro (Ephes. 5. 3)*. Etsi namque per se parvum ipsum esse videtur, magnorum tamen malorum causa nobis efficitur. Rursum deliciis vacare non videtur quidem esse crimen manifestum et expressum ; attamen multa nobis parit mala, ebrietatem, furorem, avaritiam, rapinas. Sumptuosus enim et lautus, et ministeria ventri ministrans intolerabilia, furari saepe cogitur et aliena rapere et opprimere et violare. Si delicias itaque fugias, et avaritiæ et rapinæ et ebrietatis et innumerabilium malorum sustulisti materiam, iniquitatis radicem a principio rescans. Propterea et Paulus dicebat : *Quæ in deliciis est vidua, vivens mortua est (1. Tim. 5. 6)*. In theatra rursum ascendere, et eorum certamina spectare, et aleas tractare non videtur multis peccatum esse manifestum, sed infinita vitæ mala solet inferre. Et enim in theatris immoratio fornicationem, petulantiam, et omnem incontinentiam peperit : et circensium spectaculum pugnas, convicia, vulnera, contumelias, juges inimicitias adduxit : et circa aleas studium, blasphemias, jacturas, iras, convicia, infinitaque alia his graviora saepe produxit. Ne tantum itaque peccata fugiamus, verum et ea quidem quæ indifferentia videntur, sed paulatim in hæc peccata nos pertrahent. Nam qui juxta præcipitium ambulat, quamvis non decidat, tremat, et sæpenumero ab ipso subversus tremore decedit : ita et qui non procul peccata fugit, sed secus ipsa vadit, cum timore vivet, et in ipsa labetur sapius. Nam qui alienas curiose spectat formas, quamvis non mæchetur, tamen concupivit, et secundum Christi sententiam factus est adulter (*Matth. 5. 28*) ; sapius autem ab ipsa concupiscentia et in peccatum re ipsa defertur. Nos igitur ipsos procul a peccatis retineamus. Vis temperans esse ? ne tantum fugias adulterium, sed etiam petulantem aspectum. Vis a verbis turpibus abesse ? ne verba tantum turpia fugias, verum et risum solum, et omnem concupiscentiam. Vis cædibus esse procul ? fuge convicia quoque. Vis ab ebrietate separari ? fuge delicias et lautas mensas, et radicibus vitium extirpa. Magnas laqueus est linguæ petulantia, et freno admodum indigens. Propterea et quidam inquit : *Laqueus fortis viro propria labia, et capitur verbis oris proprii (Prov. 6. 2)*.

5. *Iterum contra juramenta.* — Supra cætera igitur cuncta membra hæc moderemur, hæc refrenemus, et convicia contumeliasque ac turpiloquia et maledicta ex ore pellamus, et malam juramentorum consuetudinem : rursum enim nos ad eandem admonitionem sermo deduxit. Et quidem heri cum vestra charitate constitui, me non amplius de hoc mandato dicturum : quoniam omnibus superioribus diebus de illo sufficienter dissertum est : sed quid faciam ? Donec vos correctos videam, non possum a consilio dando abstinere : quoniam et Paulus qui Galatis

<sup>1</sup> Savil. et plurimi Mss., non sustinco... abstinere. Morel., non plicet... abstinere.

 γεθος, καλλώπισόν σου τὰ μέλη τοῦ σώματος. Ἐνόησον  
 τί δέχη τῇ χειρὶ, καὶ μηδέποτε ἀνάσχη τυπῆσαι τινα,  
 μηδὲ τὴν τοσοῦτω τιμηθεῖσαν δῶρον καταισχύνης τῇ  
 τῆς πληγῆς ἁμαρτίαν· ἐνόησον τί δέχη τῇ χειρὶ, καὶ  
 καθάραν αὐτὴν πλεονεξίας καὶ ἀρπαγῆς πάσης διατή-  
 ρησον. Λόγισαι, ὅτι οὐ τῇ χειρὶ δέχη μόνον, ἀλλὰ καὶ  
 τῷ στόματι προσάγεις καὶ καθάραν φύλαττε τὴν γλῶσ-

\* Alii τὴν παρὰ τοῦ Πνεύμ.

ταν αἰσχροῦν καὶ ὕβριστικῶν ῥημάτων, βλαστημίας,  
 ἐπιτορκίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἀπάντων. Καὶ  
 γὰρ ὀλέθριον τὴν διακονουμένην μυστηρίους οὕτω φρα-  
 κωδεστάτοις, καὶ αἵματι φοινηγθεῖσαν τοιοῦτω, καὶ  
 χρυσῆν γενομένην μάχαιραν, ἐπὶ λοιδωρίας καὶ ὕβρις  
 καὶ εὐτραπέλιος μεταγείν. Αἰδέσθηται τὴν τιμὴν, ἣν  
 ἐτίμησεν αὐτὴν ὁ Θεός, καὶ μὴ καταγάγῃ εἰς τὴν  
 τῆς ἁμαρτίας εὐτέλειαν· ἀλλ' ἐνθυμηθεὶς πάλιν, ἐπι-  
 μετὰ τὴν χεῖρα καὶ τὴν γλῶσσαν ἡ καρδία δέγεται τὸ  
 φρικτὸν ἐκείνο μυστήριον, μὴ ῥάψῃ ποτὲ κατὰ τὸ  
 πλησίον δόλον, ἀλλὰ κακουργίας πάσης καθάραν ὀα-  
 τήρει σου τὴν διάνοιαν· οὕτω καὶ ὀφθαλμοῦς καὶ  
 ἀκοὴν ἀσφαλίσασθαι δυνήσῃ. Πῶς γὰρ οὐκ ἔσται  
 μετὰ τὴν μυστικὴν ἐκείνην φωνὴν καὶ ἐκ τῶν ὀρνικῶν  
 φερομένην, τὴν ἐκ τῶν Χερουθιμ λέγω, πορκῆς  
 ἄσμασι καὶ κατακεκλασμένοις μέλεσι τὴν ἀκοὴν ποί-  
 νειν; πῶς δὲ οὐκ ἐσχάτης κολάσεως ἀξίον, ταῖς ἑρκί-  
 μοῖς, οἷς ὄρεῖ τὰ ἀπόβροχτα καὶ φρικτὰ μυστήρια,  
 τοῦτοις πόρνας ὄρεῖν, καὶ μοιχεύειν ἐργάζεσθαι τὴν ἐπι-  
 διάνοιαν; Εἰς γάμον ἐκλήθης, ἀγαπητὲ· μὴ εἰσέλθῃς  
 βυπαρὰ ἐνδοξυμένους ἱμάτια, ἀλλὰ τῷ γάμῳ κατὰ  
 λόγον λαβὲ σολῆν. Εἰ γὰρ εἰς γάμον αἰσθητοῦς ἡ  
 ὀρωποὶ καλοῦμενοι, κἀν ἀπάντων ὡσεὶ πενήτεροι· ἡ  
 σάμενοι πολλάκις ἢ πριεμένοι ἱματίων καθάρων, ὡσεὶ  
 πρὸς τοὺς καλέσαντας αὐτοὺς ἀπαντῶσι· οὐ δὲ ἐπι-  
 πρὸς γάμον κληθεὶς πνευματικῶν καὶ δεῖπνα βασιλικὰ  
 ἐνόησον, ἤλικον ἂν εἴη δίκαιόν σε ἱμάτιον πριεσθαι·  
 μάλλον δὲ οὐδὲ ἀγοράσαι χρεια, ἀλλ' αὐτῆς σοὶ ὀδῶσον  
 ὁ καλῶν δωρεῶν, ἵνα μηδὲ πένιαν προβαλέσῃαι ἔξω.  
 Τῆρει τοίνυν ὀπερ ἔλαβες ἱμάτιον· ἂν γὰρ ἀπολήτῃ,  
 χρῆσασθαι οὐ δυνήσῃ λοιπὸν, οὐδὲ πριεσθαι· οὐδὲ γὰρ  
 γὰρ πωλεῖται τοιοῦτον ἱμάτιον. Ἥκουσας, πῶς ἐπι-  
 ναξιν οἱ πάλαι μυσταγωγηθέντες, καὶ τὸ στήθος ἐπί-  
 ταξαν τοῦ συνειδότες ἐνταῦθα διαναστήσαντες; Λόγισαι  
 τοίνυν, ἀγαπητὲ, μὴ καὶ σὺ ποτε ἢ τοῦτο πάθῃ. Πῶς  
 δὲ οὐ πείσῃ, τὴν πονηρὰν συνήθειαν μὴ ἐκείων τῶν  
 κακῶν; Διὰ τοῦτο καὶ πρῶτον εἶπον καὶ νῦν λέγω, καὶ  
 λέγω τὸν οὐ παύσομαι, εἰ τίς τὰ ἐλαττωματὰ τῶν τρόπων  
 μὴ διώρθωσε μηδὲ παρσκευάσεν ἑαυτῷ τὴν ἀρετὴν  
 εὐκόλον, μὴ βαπτισέσθω. Τὰ μὲν γὰρ πρότερα ἁμαρ-  
 τήματα ἀφείναι δύναται τὸ λουτρὸν· εἰς δὲ οὐ μὴλον  
 καὶ κίνδυνος οὐχ ὁ τυχῶν, μηποτε πάλιν ἐπ' αὐτῷ  
 ἐπανεῖλωμεν, καὶ γέννηται ἡμῖν ἔλκος τὸ φάρμακον.  
 Ὅσῃ γὰρ μείζων γέγονεν ἡ χάρις, τοσοῦτω πλείων ἡ  
 κολάσις τοῖς μετὰ ταῦτα ἁμαρτάνουσιν.

γ'. Ἴνα οὖν μὴ πρὸς τὸν πρότερον ἐπανίωμεν ἑμετῶν,  
 παιδεύσωμεν ἑαυτοὺς ἐντεῦθεν ἤδη. Ὅτι γὰρ οἱ πρό-  
 τερον μετανοήσαντες καὶ τῶν προτέρων ἀποστάντες  
 [258] κακῶν, οὕτω τῇ χάριτι προσείναι, ἀκούοντες  
 μὲν Ἰωάννης φησὶ, τί δὲ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαίος  
 τοῖς βαπτίζεσθαι μέλλουσιν· ἐκείνος μὲν γὰρ φρσίν·  
*Ποιήσατε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ ἄφ-  
 ξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι Πατέρα ἔχομεν τὸν  
 Ἀβραάμ·* οὗτος δὲ τοῖς ἐρωτούσι πάλιν ἔλεγε· *Μετα-  
 νοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν εἰς τὸ  
 ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ὁ δὲ μετανοῶν  
 οὐκέτι τῶν αὐτῶν ἀπτεται πραγμάτων, ἐφ' οἷς με-  
 ενόησε· διὰ τοῦτο καὶ κελευόμεθα λέγειν· Ἀποστῶσον  
 μαί σοι, Σατανᾶ, ἵνα μηκέτι πρὸς αὐτὸν ἐπανεῖλωμεν.

h Savil. et quidam mss. διατήρησον τὴν διάνοιαν.

g Savil. et quidam alii non habent οὐ δὲ.

δ Alii mss. ἐπάτασαν τὸ συνειδὸς ἐνταῦθα διαναστήσαντες·  
 Σνόπει τοίνυν. ἀγαπητὲ, καὶ σὺ μηποτε. e Iuseiuitimis καὶ  
 σὺ, ex quo concinnior sit phrasis. f Edit.



etiam de futuris te bonæ spei constituat. Propterea-  
que recenter illuminatus vocari debes : quoniam nova  
lux semper tibi, si velis, et numquam exstinguitur.  
Hæc nempe lucem et volentibus nobis et nolentibus  
nox subsequitur ; illum vero radium tenebræ non no-  
runt : *Lux enim in tenebris lucet, et tenebræ eam non  
comprehenderunt (Joan. 1. 5)*. Non sic enim mundus  
est clarus oriente radio, ut anima illustratur et splen-  
didior sit a Spiritu gratiam suscipiens. Et considera  
diligentius rerum naturam. Nocte enim terras teneute  
et tenebris caligantibus, sæpe funiculum quis cernens,  
serpentem esse putavit, et amicum accedentem tam-  
quam inimicum fugit, et strepitum quempiam sentiens  
trepidus factus est ; lucente vero die nihil tale acci-  
derit, sed omnia qualia sunt apparent : quod et in  
anima nostra contingit. Postquam enim gratia veniens  
mente tenebras expulerit, rerum veritatem discimus,  
et nobis fiunt despicabiles res prius tremendæ : nec  
enim amplius mortem timemus, diligenter ex hac  
sacra initiatione discentes, mortem non esse mor-  
tem, sed somnum et dormitionem temporariam :  
non pauperiem, non morbum, non aliud quid hujus-  
modi reformidamus, scientes nos ad meliorem ten-  
dere vitam, immortalem et incorruptam, et ab omni  
tali liberam inæqualitate.

2. Ne igitur amplius ad mortalia maneamus hian-  
tes, nec circa mensæ delicias, nec circa vestimen-  
torum ornatum : habes enim maximum indumentum,  
habes mensam spiritualem, habes gloriam superne,  
et omnia tibi Christus factus est, et mensa, et vesti-  
mentum, et domus, et caput, et radix. *Quotquot in  
Christo enim baptizati estis, Christum induistis (Galat.  
3. 27)*. Ecce quomodo vestimentum tibi est. Vis  
discere quomodo et mensa tibi sit ? *Qui me comedit,  
inquit, sicut ego vivo propter Patrem, rivet et ille  
propter me (Joan. 6. 58)*. Quod autem domus sit tibi :  
*Qui comedit carnem meam, in me manet et ego in eo  
(Ib. v. 57)*. Et quod radix, rursus inquit : *Ego vitis,  
ros palmites*. Et quod frater, et amicus, sponsus :  
*Non amplius vos dicam servos. Vos enim amici mei estis  
(Joan. 15. 5. et 15)* : et Paulus : *Despondi vos uni viro  
virginem castam exhibere Christo (2. Cor. 11. 2)* ; et rur-  
sum : *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus (Rom.  
8. 29)*. Nec fratres tantum ipsius, verum et pueruli  
sumus : *Ecce enim, inquit, ego et pueruli, quos tradidit  
mihi Deus (Isai. 8. 18)*. Non hoc autem solum, ver-  
rum et membra ipsius et corpus ejus (1. Cor. 12. 27).  
Tamquam enim non sufficerent ea, quæ dixerat, ad  
demonstrandam benevolentiam, et caritatem quam  
erga nos exhibet, et aliud his majus et propius po-  
suit, se caput nostrum appellans (Ephes. 4. 22).  
Hæc omnia certo sciens, dilecte, sis gratus erga be-  
nefactorem tuum optima conversatione, et sacrificii  
magnitudinem cogitans, orna corporis tui membra :  
cogita quid manu capias, nec umquam ullum verbe-  
rare audeas, nec tanto decoratam munere, plage  
crimine dedecores : cogita quid manu capias, et  
ipsam ab omni avaritia et rapina liberam conserva.  
Reputa quod non tantum manu capias, verum et ori

admoveas, et linguam custodi a contumeliosis mun-  
dam et turpibus verbis, blasphemia, perjurio, et aliis  
omnibus hujusmodi. Etenim perniciosum est, tam  
tremendis ministrantem mysteriis linguam et sar-  
guine tali purpuratam, et factam auream, gladium ad  
convicia et contumelias et scurrilitates transferre.  
Reverere honorem quo Deus ipsam honoravit, nec ad  
peccati usum ipsam deducas ; sed rursus animadver-  
tens, quod post manum et linguam cor suscipiat tre-  
mendum illud mysterium, ne umquam in proximum  
consuas dolum, sed mentem tuam ab omni malitia  
mundam conserva ; sic et oculos, et aures munire  
poteris. Quomodo enim non est absurdum post mys-  
ticam illam vocem e cælis delatam, a Cherubim  
dico, meretriciis cantibus et fractis melodiis aures  
inquinare ? quomodo vero non extrema pœna dignum  
est, oculis quibus arcana vides et tremenda myste-  
ria, his meretrices spectare, et mente adulterium  
exercere ? Ad nuptias vocatus es, dilecte : ne intres  
sordidis indutus vestimentis, sed nuptiis congruam  
cape vestem. Si enim ad nuptias sensibiles homines  
invitati, etsi omnium pauperrimi sint, mutuo su-  
mentes sæpe vel ementes vestimentum mundum, sic  
se vocantibus occurrunt : et tu ad nuptias spirituales  
et prandia vocatus regalia, consideres quale dignum  
sit te nuptiale vestimentum comparare. Verum enim  
vero nec opus est comparare, sed ipse qui vocat tibi  
dat gratis, ne vel paupertatem prætereundum valeas.  
Serves itaque quod accepisti vestimentum ; si nam-  
que perdidideris, amplius commodato accipere non  
poteris, aut emere : nusquam enim venditur tale  
vestimentum. Audisti quomodo genuerunt olim sacris  
introduci, et pectus percusserunt, eos stimulantio  
conscientia ? Considera igitur et tu, dilecte, ne um-  
quam hoc patiaris. Quomodo autem non patieris, non  
expulsa prava malorum consuetudine ? Propterea et  
prius dixi et nunc dico, et dicere non desistam, si  
quis morum vitia non correxit nec sibi facilem para-  
vit virtutem, ne baptizetur. Priora nempe crimina  
lavacrum ablucere potest ; timor autem non parvus et  
periculum non mediocre, ne rursus ad eadem redea-  
mus, et in vulnus nobis medicina vertatur. Quanto  
namque major facta est gratia, tanto amplior postea  
peccantibus pœna.

3. Ne igitur ad pristinum redeamus vomitum, jam  
nos ipsos erudiamus. Quod enim oporteat prius pœ-  
nituisse et a prioribus destituisse malis, et sic ad gra-  
tiam accedere, audi quid Joannes dicat, quid vero  
princeps apostolorum baptizari debentibus. Ille nempe  
dicit : *Facite fructum dignum pœnitentiæ : et ne inci-  
piatis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham (Luc.  
3. 8)*. Illic autem interrogantibus rursus aiebat : *Fœ-  
nitentiam agite, et baptizetur quisque vestrum in no-  
mine Domini nostri Jesu Christi (Act. 2. 38)*. Qui au-  
tem agit pœnitentiam, non amplius eadem attingit  
negotia, quorum pœnituit : ideoque jubemur dicere :  
Abrenuntio tibi, satana, ne amplius ad ipsum rever-

<sup>1</sup> Quidam Mss., *pectus percusserunt, conscientiam, ex-  
pergeficientes.*

tantur. Sicut igitur in pictoribus accidit, sic et nunc fiat; etenim illi tabulas proponentes, et albas circumducentes lineas, et regias depingentes imagines, priusquam colorum veritatem superinducant, cum omni libertate hæc quidem delent, illa vero repingunt, et errata corrigentes et male se habentia transponentes: postquam vero jam colorem induxerint, non amplius libertatem habent rursus delendi et depingendi, quoniam imaginis pulchritudini nocerent, et sine culpa fieri non posset: hoc tu quoque fac: putà animam esse tibi imaginem. Priusquam igitur superveniat vera Spiritus tinctura, male insitas tibi consuetudines dele: sive jurare, sive mentiri, sive contumelias inferre, sive turpia loqui, sive ridicula facere solitus es, sive quid aliud hujusmodi non licitum faciendi consuetudinem habes, erue consuetudinem<sup>1</sup>, ne post baptismam rursus ad ipsam regressaris. Peccata delet lavacrum: tu consuetudinem corrige, ne jam inductis coloribus et illustrata imagine regia, amplius deleas, et vulnera et cicatrices inferas a Deo tibi dato decori. Corripe igitur iram, exstingue furem, sive quis afficiat injuria sive contumelia, lacrymis illum prosequere: ne indigneris tu, condole, ne exacerbis: ne dicas, in anima patior injuriam. Nemo est in anima injuriam patiens, nisi nos ipsos in anima injuria afficiamus; et quomodo id ita sit, jam dicam. Ablata est res tua; non passus es in anima, sed in pecuniis: si tu vero mali memoriam serves, in anima tu teipsum læsisti: pecuniæ enim ablatae nihil animam læserunt, verum et adjuverunt; tu vero non iram dimittens, pœnas illic hujus servatæ malorum memoriæ dabis. Conviciis te quispiam et contumeliis affecit? te nil in anima læsit, sed nec in corpore. Tu vicissim contumelias et convicia intulisti? teipsum in anima læsisti, eorum quæ dixisti, illic pœnas subiturus. Et hoc omnium maxime vos certum scire volo, Christianum et fidelem in anima posse lædere neminem, nec ipsum diabolum. Nec hoc tantum est admirabile, quod nos Deus omnibus insidiis inexpugnabiles fecerit, verum et quod ad omnem virtutis operationem nos aptos paraverit: et impedimentum nullum est, si velimus, licet pauperes, sive corpore imbecilles, sive abjecti, sive ignobiles, sive servi. Nec enim paupertas, nec imbecillitas, nec corporis mutilatio, non servitus, non aliud talium quidpiam ad virtutem impedimentum esse queat. Et quid dico pauperem et servum et ignobilem? etiam si captivus sis, nec hoc tibi ad virtutem impedimentum fit; et quo id modo sit, dicam. Quidam domesticorum te contristavit et irritavit? ipsi iram remitte. Numquid tibi ad hoc vincula et paupertas et ignobilitas impedimentum facta sunt? Et quid dico impedimentum? et potius quidem adjuvant: namque et cooperantur ad superbiam comprimendam. Vidisti alium feliciter agentem? ne invidias; nam nec hic paupertas impedimentum est. Rursus cum orare convenit, sobria et vigili mente hoc præsta, et nec hic ullum

erit obstaculum. Benignitatem, mansuetudinem omnem exhibe, modestiam, honestatem: nec enim ista exteriorum indigent auxiliorum. Et hoc est imprimis maximum<sup>2</sup>, quod non divitiis, non potentia, non gloria, non alia quapiam talium rerum opus habeat, sed anima tantum sanctificata, et nil amplius inquirat. Respice vero et in gratia hoc ipsum fieri: sive quis enim claudicet, et evulsis sit oculis, et corpore mutilus, sive in extremam delapsus infirmitatem, ab horum nullo gratia venire prohibetur. Animam enim exquirat solam se cum alacritate suscipientem, et hæc omnia exteriora prætereurit. Exteriorum quidem militum et corporis staturam et bonam carnis habitudinem exquirat qui ipsos militiæ adscribit; non hæc autem sola militatum oportet habere, verum et libertatem; si quis enim sit servus, rejicitur: cælorum autem Rex<sup>3</sup> nihil tale requirit, sed et servos in exercitum suum suscipit, et senes, et invalidos membris, neque eum tallium pudet: quo quid humanius aut benignius cogitari potest? Hic enim ea solummodo, quæ in nostra potestate sita sunt, querit; illi vero quæ sita non sunt. Servitus enim vel libertas in potestate nostra sita non sunt, quemadmodum neque proceritas staturæ aut brevitatis, neque senium, et quæcumque talla; mansuetum autem et mitem esse, et his similia, voluntatis nostræ sunt. Et hæc sola a nobis Deus exigit, quorum nos domini sumus, et tale congruenter: non enim propter propriam utilitatem, sed propter beneficentiam nos ad suam gratiam vocat, reges vero ad ministerium suum: et illi quidem ad bellum trahunt sensibile, hic autem ad pugnam spirituales. Nec in bellis tantum externis, verum et in certaminibus eandem quis rationem videre possit. In illud enim theatrum qui trahendi sunt, non prius descendunt in certamina, donec ipsos assumens præco sub omnium oculis circumducat clamans, atque dicens: Num quis hunc accusat? etsi illic non animæ, sed corporis pugnae sint: quare igitur nobilitatis rationes requiris? Hic vero nihil tale, sed totum contrarium: cum non in manuum collationibus sint nobis certamina, sed in animi philosophia et mentis virtute, contrarium agonotheta noster facit: non ipsum assumens circumducit, et dicit: Num quis hunc accusat? sed clamat: Licet omnes homines, licet dæmones cum diabolo constituti ipsum accusent de turpissimis et occultis criminibus, non rejicio nec abominor, sed ab accusatoribus ipsum liberans et ab iniquitate absolvens, sic ad certamina duco: nec immerito. Illic enim agonotheta nil certantibus confert ad victoriam, sed medius constitutus est; hic autem agonotheta pietatis propugnatoribus committitur fit et auxiliator, cum ipsis contra diabolum pugnam committens.

4. Nec hoc tantum est admirabile, quod nobis pe-

<sup>1</sup> Alii, hoc est imprimis virtutis maximum; alii, hoc est imprimis virtutis magnitudo.

<sup>2</sup> Alii, universorum autem Rex.

Καθ' ἕνα οὖν ἐπὶ τῶν ζωγράφων γίνεται, οὕτως καὶ νῦν γινώσκω· καὶ γὰρ ἐκείνοι τὰς σανίδας προθέντες, καὶ λευκῆς περιάγοντες γραμμὰς, καὶ τὰς βασιλικὰς ὑπογράφοντες εἰκόνας, πρὶν ἢ τῶν χρωμάτων ἐπαγαγεῖν τὴν ἀλήθειαν, μετ' ἐξουσίας ἀπάσης τὰ μὲν ἐξαλείφουσι, τὰ δὲ ἀντεγγράφουσι, καὶ διορθοῦντες τὰ ἡμαρτημένα καὶ μετατιθέντες τὰ κακῶς ἔχοντα· ἐπειδὴν δὲ τὴν βαφὴν λοιπὸν ἐπαγάγωσι, οὐκέτι εἰσὶ κύριοι πάλιν ἐξαλείψαι καὶ ἀντεγγράφαι, ἐπεὶ τῷ κάλλει τῆς εἰκόνης λυμαίνονται, καὶ ἐγκλήμα τὸ πρᾶγμα γίνεται· τοῦτο δὴ καὶ σὺ ποίησον· νόμισον εἰκόνα σοι τὴν ψυχὴν εἶναι. Πρὶν ἢ τοῖνον ἐπελθεῖν τὴν ἀληθῆ τοῦ Πνεύματος βαφὴν, ἐξάλειψον τὰς κακῶς ἐνθεθείσας σοι συνήθειας· εἴτε ἑμύνασι, εἴτε ψεύδουσι, εἴτε ὑβρίζουσιν, εἴτε αἰσχρολογεῖν, εἴτε γελοιοποιεῖν, εἴτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων τῶν μὴ νομομισμένων συνήθειαν ἔχεις ποιεῖν, Ἐξελε τὴν συνήθειαν α, ἵνα μὴ πάλιν πρὸς αὐτὴν ἐπανέλθῃς μετὰ τὸ βᾶπτισμα. Τὰ ἁμαρτήματα ἀφανίζει τὸ λουτρὸν, τὴν συνήθειαν διορθωσὼν σὺ, ἵνα τῶν χρωμάτων ἐπενεχθέντων καὶ λαμφάσης τῆς βασιλικῆς εἰκόνας, μηκέτι λοιπὸν ἐξαλείψῃς, καὶ τραύματα καὶ οὐλὰς ἐμποιῆς τῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθέντι σοι κάλλει. Κατάστειλον τοῖνον ὀργὴν, σέβσον θυμὸν· κἂν ἀδικήσῃ τις, κἂν ὑβρίσῃ, δάκρυσον ἐκεῖνον· μὴ ἀγανακτήσῃς σὺ, συνάληθρον, μὴ παροξυνθῇς, μηδὲ εἴπῃς, ὅτι εἰς τὴν ψυχὴν ἠδίκημαι· οὐκ ἔστιν οὐδεὶς εἰς ψυχὴν ἀδικούμενος, ἔάν μὴ ἡμεῖς ἑαυτοὺς εἰς ψυχὴν ἀδικήσωμεν· καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω· Ἀφειλετό σοὺ τις τὴν οὐσίαν; οὐκ ἠδίκησεν εἰς ψυχὴν, ἀλλ' εἰς χρήματα· ἂν δὲ σὺ μνησικαχῆσῃς, εἰς ψυχὴν σαυτὸν ἠδίκησας. Τὰ μὲν γὰρ χρήματα ἀφαιρεθέντα οὐδὲν ἐξυμῶσεν, ἀλλὰ καὶ ὠφέλησε, σὺ δὲ τὴν ὀργὴν οὐκ ἀφείς, εὐθύνας ἐκεῖ δώσεις τῆς μνησικαχίας ταύτης. Ἐλοιδωρήσατό τις καὶ ὑβρίσεν; οὐδὲν εἰς ψυχὴν ἠδίκησεν, ἀλλ' οὐδὲ εἰς σῶμα. Ἀντελοιδωρήσας σὺ καὶ ὑβρίσας; σὺ σαυτὸν εἰς ψυχὴν ἠδίκησας, τῶν ῥημάτων, ὧν εἶπας, ἐκεῖ μέλλων εὐθύνας ὑφῆξεν. Καὶ τοῦτο δὴ μάλιστα πάντων ὑμᾶς εἰδέναι βούλομαι, ὅτι τὸν Χριστιανὸν καὶ πιστὸν οὐδεὶς εἰς ψυχὴν ἀδικῆσαι δύναται, οἷός ἐστι ὁ διάβολος. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ἀχειρώτους ἡμᾶς ὁ Θεὸς πάσαις ἐποίησε ταῖς ἐπιβουλαῖς, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν ἐπιτηδεύουσι ἡμᾶς κατεσκεύασε, καὶ κώλυμα οὐδὲν ἔστιν, ἔάν θέλωμεν, κἂν πένητες ὦμεν, κἂν ἀσθενεῖς τῷ σώματι, κἂν ἀπερρίμμενοι, κἂν ἀνόνητοι, κἂν οἰκέται. Οὕτε γὰρ πενία, οὕτε ἀρρώστια, οὕτε σῶματος πῆρωσις, οὐ δουλεία, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν ἐμπόδιον πρὸς ἀρετὴν γίνονται· ἂν ποτε. [239] Καὶ τί λέγω πάντα καὶ οἰκέτην καὶ ἀνόνητον; κἂν δεσμώτης ᾦς, οὐδὲ τοῦτό σοι γίνεται ἐμπόδιον πρὸς ἀρετὴν· καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω· Ἐλύπησέ σε τις τῶν ἔνδον καὶ παρῶν; ἀφες αὐτῷ τὴν ὀργὴν· μήτι σοι πρὸς τοῦτο τὰ δεσμὰ καὶ ἡ πενία καὶ τὸ ἀτιμὸν εἶναι ἐμπόδιον γέγονε; Καὶ τί λέγω ἐμπόδιον; καὶ ἐδοθήθησθε μὲν οὖν, καὶ συνέπραξτε πρὸς τὸ καταστῆλαι τὸν τύπον. Εἶδες ἕτερον αὐπραγούντα; μὴ βασικήνησ· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἡ πενία κώλυμα γίνεται. Πάλιν, ὅταν εὐζῶσθε δέη, νηφούση καὶ

ἀγρυπνοῦση διανοίᾳ τοῦτο ποίησον, καὶ οὐδὲν ἔσται τὸ κώλυον οὐδὲ ἐνταῦθα. Πραότητα, ἐπιείκειαν ἐπιδείκνυτε πᾶσαν, σωφροσύνην, σεμνότητα· οὐδὲ γὰρ ταῦτα τῶν ἐξωθεν δέεται βοηθημάτων. Καὶ τοῦτο μάλιστα τὸ μέγιστόν ἐστι τῆς ἀρετῆς, ὅτι οὐ πλοῦτος, οὐ δυναστείας, οὐ δόξης, οὐκ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων ἔχει χρεῖαν, ἀλλὰ ψυχῆς μόνης ἡγιασμένης, καὶ πλέον οὐδὲν ἐπιζητεῖ. Ὅρα δὲ καὶ ἐπὶ τῆς χάριτος αὐτὸ τοῦτο γινόμενον· κἂν γὰρ χωλεῖ τις, κἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκομμένους ᾦ, κἂν τὸ σῶμα πεπηρωμένος, κἂν εἰς ἐσχάτην καταπεπρωκῶς ἀρρώστιαν, οὐδενὶ τούτων ἐπελθεῖν ἡ χάρις κωλύεται· ψυχὴν γὰρ ἐπιζητεῖ μόνην μετὰ προθυμίας αὐτὴν δεχομένην, καὶ ταῦτα ἅπαντα παρατρέπει τὰ ἐξωθεν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐξωθεν στρατιωτῶν καὶ σώματος μέτρον καὶ σαρκὸς εὐεξίαν ἐπιζητοῦσιν οἱ μέλλοντες αὐτοὺς καταλέγειν εἰς τὸ στρατόπεδον· οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἔχειν χρὴ τὸν μέλλοντα στρατεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐλευθερον εἶναι· ἂν γὰρ δοῦλός τις ᾦ, ἐκβάλλεται· ὁ δὲ τῶν οὐρανῶν βασιλεὺς· οὐδὲν τοιούτων ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ καὶ δούλους δέχεται εἰς τὸ αὐτοῦ στρατόπεδον, καὶ γεγηρακώτας καὶ παρειμένους τὰ μέλη, καὶ οὐκ ἐπαισχύνεται. Τί τοῦτου φιλανθρωπότερον; τί χρηστότερον γίνονται· ἂν; Οὗτος μὲν γὰρ τὰ ἐφ' ἡμῖν ζητεῖ μόνον, ἐκείνοι δὲ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Τὸ γὰρ δοῦλον εἶναι ἡ ἐλευθερον, οὐκ ἡμέτερον· τὸ ὑψηλὸν πάλιν εἶναι καὶ βραχύν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τὸ γεγηρακώτα καὶ ἄρτιον, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὸ δὲ ἐπιεικῆ ἢ χρηστὸν εἶναι καὶ τὰ παραπλήσια τοῖτοις, τῆς ἡμετέρας γνώμης. Καὶ ταῦτα ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἀπαιτεῖ μόνον, ὧν ἡμεῖς ἔσμεν κύριοι· καὶ μάλα εἰκότως· οὐ γὰρ δι' οἰκείαν χρεῖαν, ἀλλὰ δι' εὐεργεσίαν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν αὐτοῦ χάριν καλεῖ, οἱ δὲ βασιλεῖς διὰ τὴν ἑαυτῶν διακονίαν· κάκεινοι μὲν ἐπὶ πόλεμον ἔλκουσιν αἰσθητὸν, οὗτος δὲ ἐπὶ μάχην πνευματικὴν. Οὐκ ἐπὶ τῶν πολέμων δὲ μόνον τῶν ἐξωθεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγώνων τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἴσοι τις ἂν· οἱ γὰρ μέλλοντες εἰς τὸ θέατρον ἔλκεσθαι ἐκεῖνον, οὐ πρότερον καθιᾶσιν εἰς τοὺς ἀγῶνας, ἕως ἂν αὐτοὺς ὁ κήρυξ λαβῶν ὑπὸ τοῖς ἀπάντων ὀφθαλμοῖς περιαγάγῃ βοῶν καὶ λέγων· Μὴ τις τοῦτου κατηγορεῖ; Καίτοι γε οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ψυχῆς, ἀλλὰ σωμάτων τὰ παλαισμάτα· τίνος οὖν ἔνεκεν εὐθύνας ἀπαιτεῖς εὐγενείας; Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιούτων, ἀλλ' ἅπαν τούτωναντιον, οὐκ ἔν γε ἡρώων συμπλοκαῖς ὄντων ἡμῖν τῶν παλαισμάτων, ἀλλ' ἐν φιλοσοφίᾳ ψυχῆς καὶ ἀρετῇ, διανοίας· τούναντιον ὁ ἀγωνοθέτης ποιεῖ· οὐ γὰρ [240] λαβῶν αὐτὸν περιάγει καὶ λέγει· Μὴ τις τοῦτου κατηγορεῖ; ἀλλὰ βοᾷ· Κἂν ἀνθρωποι πάντες, κἂν δαίμονες μετὰ τοῦ διαβόλου συστάντες αὐτοῦ κατηγορῶσι τὰ ἐσχατά καὶ ἀπόρητα δεινὰ, οὐκ ἐκβάλλω οὐδὲ βεβαύσομαι, ἀλλὰ τῶν κατηγορῶν αὐτὸν ἀπαλλάξας, καὶ τῆς πονηρίας ἐλευθερώσας, οὕτως ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἄγω· καὶ μάλα εἰκότως. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀγωνοθέτης οὐδὲν συντελεῖ τοῖς ἀγωνιζομένοις πρὸς τὴν νίκην, ἀλλ' ἔστηκε μέσος· ἐνταῦθα δὲ ἀγωνοθέτης τῶν ἀθλῶν τῆς εὐσεβείας σύμμαχος γίνεται καὶ βοηθός, συνεφαπτόμενος αὐτοῖς τῆς πρὸς τὸν διάβολον μάχης.

δ. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ἐφίτησιν

• Alii et Sav. ἐξάλειψον τὴν συνήθειαν.

• Alii τὸ μέγιστόν ἐστι, alii τὸ μέγιστόν ἐστι.

• Alii τῶν ἀπάντων β, et μοι αὐτοῦ στρατόπεμα.

ἤμῃν τὰ ἀμαρτήματα, ἀλλ' ὅτι αὐτὰ οὐδὲ ἐκκαλύπτει, οὐδὲ ποιεῖ φανερά καὶ ὄθλα, οὐδὲ ἀναγκάζει παρελθόντας εἰς μέσον ἐξεῖπειν τὰ πεπλημμελημένα, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ ἀπολογησασθαι κελεύει καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξομολογήσασθαι. Καίτοι γε ἐκ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν εἰ τις εἰπέ τινα τῶν ἀλόγων ἡσυχῶν ἢ τυμβωρύχων, εἰπεῖν τὰ πεπλημμελημένα, καὶ ἀφεθῆναι τῆς κολάσεως, πάσῃ προθυμίᾳ ἂν κατεδέξαντο τοῦτο, τῇ τῆς σωτηρίας ἐπιθυμίᾳ τῆς αἰσχύνῃς καταφρονούστας. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀφίησι τὰ ἀμαρτήματα, καὶ οὐκ ἀναγκάζει παρόντων τινῶν αὐτὰ ἐκπομπεύειν, ἀλλ' ἐν μόνον ζητεῖ, ὅπως αὐτὸς ὁ τῆς ἀφέσεως ἀπολαύων μάθοι τῆς δουραῶς τὸ μέγεθος. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐν οἷς αὐτὸς ἡμᾶς εὐεργετῆ εἰ ἀρκοῖτο τῇ παρ' ἡμῶν μαρτυρίᾳ μόνῃ, ἡμεῖς δὲ ἐν οἷς αὐτὸν θεραπεύομεν, ἐτέρους ἐπιζητούμεν μάρτυρας καὶ πρὸς ἐπιδειξίην τι ποιοῦμεν; Θαυμάσαντες τοίνυν τὴν αὐτοῦ φιλοφροσύνῃν ἐπιδειξόμεθα τὰ παρ' ἡμῶν, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀπάντων τὴν τῆς γλώττης χαλινώσωμεν ῥύμην, καὶ μὴ ἀεὶ φεγγώμεθα. Ἐκ γὰρ *κολυλοῖας οὐκ ἐκφεύξη ἀμαρτίαν*. Ἄν μὲν οὖν ἔχησιν τι χρήσιμον εἰπεῖν, ἀνοιξοῦν τὰ χεῖλη, ἂν δὲ μηδὲν ἀναγκαῖον ἦ, σίγα· βέλτιον γάρ.

Χειροτέχνης εἶ; καθεζόμενος ψάλλε· ἀλλ' οὐ βούλει τῷ στόματι ψάλλειν; τῇ διανοίᾳ τοῦτο ποιεῖ· μέγας συνόμιλος ὁ ψαλμός. Οὐδὲν ἐντεῦθεν ὑποστήσῃ δεινόν, ἀλλ' ὡς ἐν μοναστηρίῳ ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ δυνήσῃ καθέζεσθαι· οὐ γὰρ τόπων ἐπιτηδεϊότης, ἀλλὰ τρόπων ἀκρίβεια τὴν ἡσυχίαν ἡμῖν παρέξεται. Παῦλος γοῦν ἐν ἐργαστηρίῳ τῇ τέχνῃ κεκτημένος, οὐδὲν εἰς τὴν οἰκίαν ἀρετὴν παρεδίδωκε. Μὴ τοίνυν λέγε σύ· Πῶς δυνήσομαι χειροτέχνης ὢν καὶ πένης φιλοσοφεῖν; Διὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἄριστα δυνήσῃ φιλοσοφεῖν. Καὶ γὰρ πενία πλούτου, καὶ ἐργασία ἀργίας πρὸς εὐλάβειαν ἡμῖν ἐπιτηδεϊότερον, ὡς ὁ γε πλοῦτος τοῖς μὴ προσέχουσι καὶ ἐμπόδιον γίνεται. Ὅταν γὰρ ὀργῆν δέῃ ἀφείναι, ὅταν σβέσαι φόβον, ὅταν χαλᾶσαι θυμὸν, ὅταν εὐχὴν ἐπιδείξασθαι, ὅταν ἐπιεικειαν καὶ πραότητα, ὅταν φιλοφροσύνῃν καὶ ἀγάπην, πῶς γένοιτ' ἂν κώλυμα ἡ πενία; Οὐ γὰρ ἀργύριον καταβαλόντας ταῦτα ἀνύσαι ἔστιν, ἀλλὰ προαίρεσιν ὀρθὴν ἐπιδειξάμενους. Ἐλεημοσύνη μάλιστα ἐστὶν ἡ χρημάτων δεομένη, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ διὰ τῆς πενίας μειζώνας ἐξέλαμψε· καὶ γὰρ ἡ τοῦς δύο ὁδοῦς [241] καταβαλοῦσα, ἀπάντων ἀνθρώπων ἦν πνευστετέρα, καὶ πάντας ὑπερ-τρύκοντισε. Μὴ τοίνυν μέγα τι νομιζόμεν εἶναι πλοῦτον, μηδὲ πλοῦτῷ βελτίονα εἶναι τὸν χρυσὸν λογιζόμεθα· ἢ γὰρ τιμὴ τῆς ὕλης οὐκ ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἡμετέρας διανοίας ἐστίν. Εἰ γὰρ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, πολὺ τοῦ χρυσοῦ σιδήρου ἀναγκαιότερος· ὁ μὲν γὰρ εἰς τὸν βίον οὐδεμίαν εἰσάγει χρεῖαν, οὗτος δὲ τὸ πλεόν ἤμῃν κατεσκευάσαε τῆς χρεῖας μυριάς τέχνας ὑπηρετούμενος. Καὶ τί λέγω χρυσοῦ καὶ σιδήρου σύγκρισιν; τῶν γὰρ πολυτελῶν λίθων ἀναγκαιότεροι οἱ λίθοι οὗτοι· ἐξ ἐκείνων μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν γένοιτο χρῆστών, ἀπὸ δὲ τούτων οἰκίαι τε καὶ τεῖχῃ καὶ πόλεις ἔστησαν. Σὺ δὲ μοι δεῖξον, τί τὸ κέρδος ἀπὸ τῶν μαργαριτῶν γένοιτ' ἂν τούτων, μᾶλλον δὲ ποῖον οὐκ ἂν γένοιτο βλάβος; Καὶ γὰρ ἵνα σὺ κόκκον ἕνα φορέσῃς, μυριοὶ τῷ λιμῷ πένητες ἀγχονται· ποῖας οὖν ἀπολογίας τεύξῃ; τίνας συγγνώμης;

Βούλει κοσμησάσαι τὸ πρόσωπον; μὴ μαργαρίταις, ἀλλὰ σιφροσύνη καὶ σεμνότητι· οὕτω χαριεστεράν ὄψεται

• Αἱτι γαλιωσάει.

τὴν ὄψιν ὁ ἀνὴρ. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ κόσμος καὶ εἰς ἡ-λοτυπίας ὑπόβριαν ἐριβάλλειν εἰσθεν καὶ εἰς ἔχθρας καὶ φιλονεικίας καὶ μάχας· οὐδὲν γὰρ ὄψεται· ὁ ὑποπειρημένης ἀφρότερον· ὁ δὲ τῆς ἐλεημοσύνης καὶ σωφροσύνης κόσμος πᾶσαν μὲν ἐκβάλλει πονηρὰν ὑπόνοιαν, πάντας δὲ δεσμοῦ σφοδρότερον ἐπισπάσεται τὸν σύνοικον. Οὐ γὰρ οὕτω κάλλους φύσις εὐμορφον ποιεῖ γίνεσθαι τὴν ὄψιν, ὡς ἡ τοῦ θεωρουμένου αὐτῆν διάθεσις· διάθεσιν δὲ οἷον οὕτως, ὡς σωφροσύνη καὶ σεμνότης ποιεῖν εἰσθεν. Ὅτε κἂν εὐμορφος ἦ τις, ἀπεχθῶς δὲ πρὸς αὐτὴν ὁ ἀνὴρ ἔχη, πάντων αἰσχροτέρα αὐτῷ φανέεται· κἂν μὴ τύχη τις εὐπρεπῆς οὖσα, ἡδέως δὲ πρὸς αὐτὴν ὁ ἀνὴρ ἔχη, πάντων εὐμορφότερα αὐτῷ φανέεται· οὐ γὰρ ἐν τῇ φύσει τῶν ὀρωμένων, ἀλλ' ἐν τῇ διαθέσει τῶν ὀρώντων αἱ ψῆραι γίνονται. Καλλώπιον τοίνυν τὴν ὄψιν σωφροσύνη, σεμνότητι, ἐλεημοσύνη, φιλανθρωπία, ἀγάπη, τῇ περὶ τὸν ἄνδρα φιλοφροσύνη, ἐπιεικεία, πραότητι, ἀνεξικακία· ταῦτα τῆς ἀρετῆς τὰ χρώματα· διὰ τούτων ἀγγέλιος, οὐκ ἀνθρώπου ἐραστὰς ἐπισπάσῃ, διὰ τούτων αἰὲν ἔχεις τὸν Θεὸν ἐπαινετήν· ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ἀποδείξῃ, καὶ τὸν ἄνδρα σοὶ ὑποτάξῃ πάντως. Εἰ γὰρ σοφία ἀθροῦπου φωτίζει τὸ πρόσωπον, πολλῶν μᾶλλον ἀρετῶν γυναικὸς φωτίζει τὴν ὄψιν. Εἰ δὲ μέγαν νομίζεις εἶναι τοῦτον τὸν κόσμον, ἐπὶ μοι, τί σοὶ τὸ θελεῖς ἀπὸ τῶν μαργαριτῶν τούτων ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γενήσεται; Καὶ τί χρὴ λέγειν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἐξὸν καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων ταῦτα ἀποδείξει πάντα; Ὅτε γοῦν οἱ ὄψοντες εἰς τὸν βασιλεῖα ὑβρίζονται, εἰς τὸ δικαστήριον· εἰ-κοντο καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνευον, τότε αἱ ἡμέ-ρες καὶ αἱ γυναῖκες τὰ περιδέβραβα καὶ τὰ χρυσία καὶ τοὺς μαργαρίτας ἀποθέματα καὶ τὸν κόσμον ἅπαντα καὶ τὰ ἰμάτια τὰ χρυσα, λιτῆν καὶ εὐτελῆ λαβούσαι ἐσθῆτα, καὶ σποδὸν καταπασάμεναι, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ δικαστηρίου κυλινδούμεναι, οὕτω τοὺς δικαστῆρας ἐπέκαμπτον. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν ἐνταῦθα δικαστηρίων τὰ μὲν χρυσία καὶ οἱ μαργαρίται καὶ ἡ ποικίλη ἐσθῆς ἐπιβούλη καὶ προδοσία [242] γένοιτ' ἂν, ἢ δὲ ἐπιεικεία καὶ ἡ πραότης καὶ ἡ τέφρα καὶ τὰ δάκρυα καὶ τὰ εὐτελῆ ἰμά-τια μᾶλλον ἐπισπάσει τὸν δικαστήρα, πολλῶν μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀδεκάστου ψήφου καὶ φοβεράς ἐκείνης γένοιτ' ἂν τοῦτο. Τίνα γὰρ ἔξεις, εἰπέ μοι, λόγον εἰπεῖν, ποῖον ἀπολογίαν, ὅταν ὁ δεσπότης ἐγκαλῇ σοὶ περὶ τῶν μαργαριτῶν τούτων, καὶ τοὺς πένητας εἰς μέσον ἀγάγῃ τῷ λιμῷ διαφωρῆντας; Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος εἰσεγε· *Μὴ ἐν πλεγμασίν, ἢ χρυσίῳ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἰματισμῷ κοσμεῖσθε*. Ἐντεῦθεν μὲν γὰρ ἡ ἐπιβουλή γένοιτ' ἂν· εἰ δὲ καὶ διηνεκῶς αὐτὸν ἀπολαύσαιμεν, ἀλλὰ τῷ θανάτῳ πάν-τως ἀποστησόμεθα. Ἀπὸ δὲ ἀρετῆς ἀσφάλεια πᾶσα καὶ μεταβολὴ καὶ μετὰπτωσις οὐδεμία, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἡμᾶς ἀσφαλεστεροῦς ποιεῖ, καὶ ἐκεῖ συμμαθίσταται. Βούλει κτήσασθαι μαργαρίτας, καὶ τὸν πλοῦτον τοῦτον μηδέποτε ἀποθέσθαι; περιελομένη τὸν κόσμον ἅπαντα εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ χεῖρας ἀπόθου διὰ τῶν πνήτων· ἐκεῖνός σοι φυλάξει τὸν πλοῦτον ἅπαντα, ἐπειδὴν ἀναστήσῃ σου τὸ σῶμα μετὰ πολλῆς τῆς λαμπρότητος· τότε σοὶ βελτίονα περιθῆσει πλοῦτον καὶ κόσμον μειζώνα, ὡς ἐπὶ παρῶν οὗτος εὐτελής καὶ καταγέλαστος. Ἐνόησον οὖν τίςιν ἀρέσκειν βούλει, καὶ διὰ τίνας περικείσεται τὸν κόσμον τοῦτον, ἵνα ὁ σχοιννοτρόφος, καὶ ὁ χαλκοτύπος· καὶ ὁ ἀγρυαῖος ἰδόντες θαυμάσωσιν· εἶτα οὐκ αἰσχύνῃ οὐδὲ

• Αἱ ἡμεῖς πρὸς τὸ δικαστήριον. *Infra* al. μαργαρίτας ἀποθέματα.

cala dimittat, verum et quod ipsa non revelet nec manifesta faciat, nec accedentes cogat in medio patrata edicere, sed sibi soli rationem reddere jubeat et sibi cōsiteri. Etenim ex sæcularibus iudicibus si quis alieni captorum latronum vel eorum qui sepulcra effodiunt diceret, ut peccata confiteretur, quo sibi pœna dimitteretur, cum omni certe alacritate hoc suscipere, salutis cupiditate pudorem contemnent. Hic vero nihil tale est, verum et peccata dimittit, nec cogit præsentibus quibusdam ipsa enuntiari: sed unum solum exigit, ut ipse remissione fræns, doni magnitudinem discat. Quomodo igitur non absurdum, ut in quibus nos ipse beneficio afficit, solo testimonio nostro contentus sit; nos autem in quibus ipsum colimus, alios testes quæramus et ad ostentationem quidquam faciamus? Ipsius igitur benignitatem admirati, nostra ipsi exhibeamus, et præ omnibus linguæ impetum refrenemus, et ne semper loquamur. *Ex multiloquio namque non effugies peccatum (Prov. 10. 19)*. Si nempe dicendum utile quid habes, aperi labia: si nihil sit necessarium, tace: melius est enim.

*Ubique Deus coli potest.* — Artifex manualis es? sedens psalle; sed non vis ore psallere? hoc facias mente: magnus contubernalis psalmus. Nihil hinc grave sustinebis, sed tamquam in monasterio in officina sedere poteris: non enim locorum commoditas, sed morum probitas quietem nobis præbebit. Paulus enim in officina artem suam tractans, nihil ad propriam virtutem læsus est (*Act. 18. 3*). Ne dicas igitur: Quomodo potero, cum artifex et pauper sim, philosophari? Propterea nempe magis poteris philosophari. Nam paupertas divitiis, et negotium otio ad pietatem nobis est opportunius: quippe cum et divitiæ non advertentibus impedimentum fiant. Cum enim iram dimittere oporteat, cum invidiam extinguere, cum remittere furorem, cum orationem offerre, cum benignitatem et mansuetudinem, cum modestiam et caritatem exhibere, ubi paupertas impedimentum esse valeat? Non enim argentum erogantes hæc oportet obire, sed rectam exhibentes voluntatem. Eleemosyna maxime pecuniis eget, verum et ipsa per paupertatem magis effulget: etenim quæ duos obolos erogavit, omnium hominum erat pauperrima, et omnes superavit (*Luc. 21. 2-4*). Ne magnum igitur quid divitiis esse putemus, nec luto melius aurum esse cogitemus; materiæ namque pretium non ex natura est, sed ex opinione nostra. Si quis enim diligenter inquireret, multo magis auro ferrum necessarium: illud namque nullum vitæ confert usum, hoc autem pleraque necessaria nobis expedit, innumeris artibus serviens. Et quid dico auri et ferri comparationem? hi enim vulgares lapides magis necessarii sunt, quam pretiosi: nam ex his nihil utile fieri posset, ex illis vero domus et muri, et urbes constructæ sunt. Tu vero mihi demonstra, quæ de margaritis utilitas istis, quinimo quod non inde damnum eveniat? Etenim ut tu feras unionem unum, innumeri pauperes fame premuntur: quam igitur defensionem, quam veniam assequeris?

*Verus mulieris ornatus.* — Vis ornare faciem? non margaritis orna, sed modestia et honestate, sicque vir gratiorem faciem cernet. Ille nempe ornatus et in zelotypicæ suspicionem injicere sæpe solet et inimicitias et contentiones et pugnas: nil autem vultu suspecto turpius; eleemosynæ vero et modestiæ ornatus omnem quidem improbam suspicionem expellit, omni autem vinculo firmiter conjugem conciliat: non enim tam decoram natura parat faciem, quam spectantis affectus: affectum vero nihil sic ut modestia et honestas conciliare solet. Itaque licet pulchra sit mulier, vir autem erga ipsam male affectus sit, omnium ipsi turpissima videbitur; si vero non esse pulchram aliquam contingat, illa tamen, si viro suo placeat, omnium ipsi pulcherrima esse videbitur; non enim in eorum, quæ cernuntur, natura, sed in cernentium affectu judicia fiunt. Speciem igitur oris exorna modestia, honestate, eleemosyna, humanitate, caritate, erga virum dilectione, mansuetudine, benignitate, malorum tolerantia: hi sunt virtutis colores, per hos allicies angelos, non homines, per hos ipsum habebis Deum laudatorem: cum vero Deus acceptaverit, et virum omnino tibi placabit. Si enim viri sapientia faciem illuminat, multo magis virtus mulieris vultum illuminat (*Eccle. 8. 1*). Si vero putas esse magnum hunc ornatum, dic mihi, quæ utilitas tibi in die illa de margaritis istis veniet? Et quid opus diem illam commemorare, cum liceat et ex præsentibus hæc omnia demonstrare? Cum enim ii, qui Imperatori contumeliam intulerant, ad tribunal traherentur et de extremis periclitabantur, tunc matres et uxores monilia aurea et margaritas deponentes ornamentumque omne et vestimenta aurea, vilem et abjectam vestem sumentes, et cinerem inspergentes sibi, et ante furi januas se volutantes, sic iudices exorabant. Si autem in his iudiciis aurea quidem monilia et uniones et varia vestis insidiæ et proditio fuerint, mansuetudo autem, benignitas, cinis, lacrymæ et vilia vestimenta magis iudicem conciliant: multo magis in iudicio illo inevitabili et tremendo hoc fiet. Quam enim rationem dicendam habebis? quam, dic mihi, excusationem, quando te Dominus accusabit de margaritis istis, et pauperes fame perditos in medium aget? Propterea Paulus dicebat: *Non in tortis crinibus, vel auro, vel margaritis, vel vestimento pretioso (1. Tim. 2. 9)*. Hinc nempe struentur insidiæ: etsi autem jugiter ipsis fruamur, tamen omnino per mortem ab ipsis separabimur. Ex virtute vero securitas omnis, et mutatio ruinae nulla, verum et hic nos ea reddit tutiores, et illuc comitatur. Vis margaritas possidere, nec unquam has divitiis deponere? ornatum omnem auferens in Christi manus per pauperes repone: ille tibi cunctas custodiet divitiis, postquam corpus tuum multa cum claritate resuscitaverit, tunc tibi meliores circumponet divitiis et ornatum majorem, quippe cum sit hic præsens vilis et ridiculus. Cogita namque quibus vis placere, et propter quos hunc iudicium ornatum, ut funarius et ærarius et institor admiratur

conspicui : annon confunderis et erubescis te illis ostentans, et quos nec appellatione tua dignos censes, propter hos omnia faciens?

*Verba in baptismo prolata.* — Quomodo igitur hanc omnem vanitatem deridebis? Si vocis illius recorderis, quam dum sacris initiareris, emisisti : Abrenuntio tibi, satana, et pompæ tuæ et cultui tuo : circa margaritarum enim cultum insania est pompa satanica. Aurum enim cepisti, non ut corpus vincias, sed ut pauperes solvas et enurias. Dic igitur frequenter, Abrenuntio tibi, satana : nihil hæc tutius voce, et ipsam per opera exhibeamus.

5. Hanc et vos initiandi ut discatis, obsecro : hæc enim vox confœderatio cum Domino est. Et sicut nos servos ementes, ipsos qui venduntur, prius interrogamus an nobis servire velint : ita facit et Christus ; quando debet te in servitum capere, prius interrogat an velis illum crudelem tyrannum dimittere et immitem, et ad fœdera suscipit : non enim coactum est ipsius imperium. Et vide Dei benignitatem. Nos nempe priusquam pretium erogemus, interrogamus eos qui venduntur, et cum didicerimus eos velle, tunc pretium erogamus. Christus autem non ita ; verum et pretium erogavit pro omnibus nobis pretiosum sanguinem suum : *Pretio enim, inquit, empti estis (1. Cor. 7. 23)* : et tamen neque sic cogit sibi servire nolentes, sed nisi gratiam habeas et a te ipso et sponte ejus velis dominatui adscribi, Non cogo, inquit, neque compello. Et nos quidem improbos servos ne emimus quidem : quod si quando emamus, pravo consilio tale pretium erogamus : Christus autem ingratos emens servos iniquos, optimi servi pretium erogavit : imo vero multo majus, ac tanto majus ut neque ratio neque mens ipsius magnitudinem capiat : non enim cælum et terram et mare dans, sed omnibus his pretiosorem sanguinem suum effundens, ita nos redemit : et post hæc omnia non testes a nobis, non chirographa exigit, sed sola contentus est voce : et si dicas ex corde, Abrenuntio tibi, satana, et pompæ tuæ, totum recepit. Hoc igitur dicamus, Abrenuntio tibi, satana : tamquam in illa die hujus vocis rationem reddituri, et ipsam custodiamus, ut salvum tunc reddamus depositum. Pompa vero satanica sunt theatra, circenses, et omne peccatum, dicrum observatio, præstigiarum, et omina.

*Adversus omina.* — Et quid tandem sunt omina? Sæpe domo quis sua egrensus hominem vidit unoculum, vel claudicantem, et ominatus est. Ille est pompa satanica : non enim hominis occursum malum facit diem, sed in peccatis vivere. Cum igitur exieris, unum modo cave, ne occurrat tibi peccatum : hoc enim est quod supplantat, præter hoc vero nec ipse diabolus nos quidpiam lædere poterit. Quid dicis? hominem cernis, et ominaris, nec cernis laqueum diabolicum<sup>1</sup>, quomodo te illi, qui te nulla affecit injuria, reddit inimicum? quomodo te fratri constituit adversarium ex nulla justa occasione? Et Deus quidem vel inimicos amare nos jussit : tu autem nil lædentem adversaris, nil accusandum habens, nec cogitas, quantus risus, quantum dedecus, imo vero quantum peri-

culum? Dicamne et aliud ridiculosius? Confunderi nempe et erubescere, sed cogor propter salutem vestram dicere. Si virgo, inquit, occurrerit, sterilis dies erit ; si vero meretrix, dextera et bona, et multa mercatione plena. Occultamini, et frontem percussis, et ad terram inclinatis : sed non nunc dum dicuntur verba, sed cum fiunt opera, erubescendum erat. Vide nempe quomodo et hic diabolus dolum abscondit, ut modestam quidem aversemur, impudicam vero gratam habeamus et amemus. Quoniam enim audivit Christum dicentem, *Qui aspicit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam (Math. 5. 28)*, et vidit multos lasciviam vincere, volens rursus per aliam viam ipsos in peccatum impellere, per hanc observationem meritorii mulieribus libenter oculos intendere persuasit.

*Ærea Alexandri M. numismata superstitiose usurpata.* — Quid vero diceret aliquis de iis, qui carminibus et ligaturis utuntur, et de circumligantibus ærea Alexandri Macedonis numismata capiti vel pedibus? Dic mihi, an hæc sunt expectationes nostræ, ut post crucem et mortem Dominicam in gentilis regis imagine spem salutis habeamus? Ignoras quanta crux perfecit? mortem dissolvit, peccatum extinxit, orbem inanem reddidit, diaboli solvit potentiam, et ad corporis sanitatem præstandam non est fide digna? totum orbem exsuscitavit, et tu in ipsa non confidis? et quid pati dignus non fueris? Non ligaturus vero tantum, sed etiam excantamenta tibi circumducis, vetulas ebrias et titubantes domum ducens : nec confunderis, nec erubescis, post tantam ad hæc trepidans disciplinam : et quod gravius est errore, quando hæc admonemus et dissuademus, putantes se excusari, dicunt, Christiana est mulier hæc excantans, et nihil aliud loquitur, quam Dei nomen. Propterea namque potissimum ipsam odi et aversor, quod Dei nomine ad contumeliam utatur, quod se dicens esse Christianam, gentilium opera faciat : etenim et demones Dei nomen proferebant, sed tamen erant demones, et ita Christo dicebant : *Scimus te, qui sis, sanctus Dei (Marc. 1. 24)* : et tamen ipsos increpavit et ejecit. Propterea quippe vobis supplico, ut ab hac sitis fallacia puri, et tamquam baculum hoc verbum habeatis. Et sicut sine calceamentis vel vestimentis vestrum nemo in forum descendere vellet : ita sine verbo hoc numquam in forum prodeas, sed cum es januæ vestibula transgressurus, hoc prius loquere verbum, Abrenuntio tibi, satana, et pompæ tuæ et cultui tuo, et conjungor tibi, Christe. Ne umquam absque hac voce exeas : hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cum hoc verbo et crucem in fronte imprime : sic enim non tantum homo occurrens, verum nec ipse diabolus te quilibet lædere poterit, cum his te ceruens armis ubique apparentem. Et hæc te ipsum jam hinc doce, ut cum signum ceperis, sis miles paratus, et contra diabolum tropæum erigens, justitiæ coronam accipias quantum nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria simul et sancto Spiritui, in secula sæculorum. Amen.

ἐρυθρίῃς ἐκείνους ἐπιδεικνυμένη, καὶ οὗς οὐδὲ ἀξίους εἶναι νομίζεις τῆς σῆς προσήσεως, διὰ τούτους ἅπαντα ποιῶσα,

Πῶς οὖν καταγέλασις τῆς φαντασίας ταύτης; Ἄν ἀναμνησθῆς τῆς φωνῆς ἐκείνης, ἣν ἀφήκας μυσταγωγουμένη· Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου καὶ τῇ λατρειᾷ σου· ἡ γὰρ περὶ τὸν κόσμον τῶν μαργαριτῶν μανία πομπῆ σατανικῆ ἐστὶ. Χρυσίον γὰρ ἔλαβες, οὐχ ἵνα τὸ σῶμα καταδήσῃς, ἀλλ' ἵνα τοὺς πένητας λύσῃς καὶ διαθρήσῃς. Λέγε τοίνυν συνεχῶς· Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ· οὐδὲν ταύτης ἀσφαλέστερον τῆς φωνῆς, εἰ διὰ τῶν ἔργων αὐτῆν ἐπιδειξόμεθα.

«· Ταύτην καὶ ὑμᾶς τοὺς μυσταγωγείσθαι μέλλοντας μαθεῖν ἀξιώ· αὕτη γὰρ ἡ φωνὴ συνθήκη πρὸς τὸν Δεσπότην ἐστὶ. Καὶ καθάπερ ἡμεῖς οἰκέτας ἀγοράζοντες, αὐτοὺς τοὺς πωλουμένους πρότερον ἐρωτῶμεν\*, εἰ βούλονται ἡμῖν δουλεῦσαι, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ποιεῖ· ἐπειδὴ μέλλει σε εἰς δουλείαν λαμβάνειν, πρότερον ἐρωτᾷ, εἰ βούλει τὸν τύραννον ἐκείνον ἀφεῖναι τὸν ὦμόν καὶ ἀπηγῆ, καὶ συνθήκας δέχεται παρὰ σοῦ· οὐ γὰρ κατηναγκασμένη αὐτοῦ ἡ δεσποτεία ἐστὶ. Καὶ σκόπει Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὶν ἢ τὴν τιμὴν ἢ καταβαλεῖν, ἐρωτῶμεν τοὺς πωλουμένους, καὶ ἐπειδὴ μάθωμεν, ὅτι βούλονται, τότε τὴν τιμὴν καταβάλλομεν· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὴν τιμὴν κατέβαλεν ὑπὲρ ἀπάντων ἡμῶν, τὸ τίμιον αὐτοῦ αἶμα· Τιμῆς γὰρ, φησὶν, ἠγοράσθητε· καὶ ὁμοῦς οὐδὲ οὕτως ἀναγκάζει μὴ βουλομένους αὐτῷ δουλεῦσαι, ἀλλ' εἰ μὴ χάριν ἔχεις, φησὶ, καὶ παρὰ σαυτοῦ καὶ ἐκὼν θέλεις ἐπιγράψασθαι τὴν δεσποτείαν, οὐκ ἀναγκάζω οὐδὲ βιάζομαι. Καὶ ἡμεῖς μὲν οὐκ ἂν· ἐλοιμέθα πονηροὺς οἰκέτας πρίσθαι· εἰ δὲ καὶ ἐλοιμέθα ποτε, αἰρέσει κακῇ τούτους ἀγοράζομεν, καὶ τοιαύτην καταβάλλομεν τιμὴν· ὁ [245] δὲ Χριστὸς ἀγνώμονας οἰκέτας ἀγοράζων καὶ παρανόμους, πρωτεύου δούλου τιμὴν κατέβαλε, μᾶλλον δὲ πολλῶν μεζζονα, καὶ τοσοῦτην μεζζονα, ὡς μὴδὲ λόγον μὴδὲ ἔνοιαν αὐτῆς παραστήσει τὸ μέγεθος· οὐ γὰρ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλασσαν δούς, ἀλλὰ τὸ πάντων τούτων τιμωτέρον, τὸ αὐτοῦ αἶμα καταβαλεῖς, οὕτως ἡμᾶς ἐξηγόρασε· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα οὐ μάρτυρας ἡμᾶς, οὐκ ἔγγραφα ἀπαιτεῖ, ἀλλ' ἀρκεῖται ψιλλῇ τῇ φωνῇ, κἂν εἴπῃς ἀπὸ διανοίας· Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, τὸ πᾶν ἀπέλιπες. Τοῦτο τοίνυν λέγωμεν. Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, ὡς ἐκεῖ μέλλοντες, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην\*, ταύτην ἀπαιτεῖσθαι τῆς φωνῆς, καὶ φυλάξωμεν αὐτήν, ἵνα σώων τὴν παρακαταθήκην ταύτην ἀποδῶμεν τότε· πομπῆ δὲ σατανικῆ ἐστὶ θέατρα καὶ ἰπποδρομίαι, καὶ πᾶσα ἁμαρτία καὶ παρατήρησις ἡμερῶν, καὶ κληδόνες καὶ σύμβολα.

Καὶ τί ποτέ ἐστι σύμβολα; φησὶ. Πολλάκις ἐξεβθῶν τις τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, εἶδεν ἄνθρωπον ἑτερόφθαλμον ἢ χλωλεύοντα, καὶ οἰωνίσαστο. Τοῦτο πομπῆ σατανικῆ· οὐ γὰρ ἡ ἀπάντησις τοῦ ἀνθρώπου πονηρὰν ποιεῖ τὴν ἡμέραν γενέσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐν ἁμαρτίαις ζῆν. Ὅταν τοίνυν ἐξέλθῃς, ἐν μόνον φύλαξαι, μὴ ἁμαρτία σοι ἀπαντήσῃ· αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ ἡμᾶς ὑποκλιζούσα, χωρὶς δὲ ταύτης οὐδὲν ὁ διάβολος ἡμᾶς βιάσει· δυνήσεται. Τί λέγεις; ἄνθρωπον ὄραξ, καὶ οἰωνίξῃ, καὶ οὐχ ὄραξ τὴν πλῆγην† τὴν διαβολικὴν, πῶς ἐκπολεμοῖ σε τῷ μηδὲν

ἠδικηκῶτι; πῶς ἐθρόβῃ σε καθίστησι τῷ ἀδελφῷ ἐξ οὐδεμιᾶς δικαίας προφάσεως; Καὶ ὁ μὲν Θεὸς καὶ τοὺς ἐθρούς φιλεῖν ἐκέλευσε, σὺ δὲ καὶ τὸν οὐδὲν ἠδικηκῶτα ἀποστρέφῃ μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, καὶ οὐκ ἔνοος πῶς ὁ γέλως, πόση ἡ αἰσχύνῃ, μᾶλλον δὲ πόσι; ὁ κίνδυνος; Εἴπω καὶ ἕτερον καταγελαστότερον; Αἰσχύνομαι μὲν καὶ ἐρυθριῶ, ἀναγκάζομαι δὲ ὁμοῦς διὰ τὴν ὑμέτεραν σωτηρίαν εἰπεῖν· Ἐὰν ἀπαντήσῃ παρθένοσ, φησὶν, ἀπρακτος ἡ ἡμέρα γίνεται· ἐὰν δὲ ἀπαντήσῃ πόρνη, δεξιὰ καὶ χρηστὴ καὶ πολλῆς ἐμπορίας γέμουσα. Ἐγκαλύπτεσθε, καὶ τὸ μέτωπον ἐκρούσατε, καὶ πρὸς τὴν γῆν κατεκύφατε; ἀλλὰ μὴ νῦν τῶν ρημάτων λεγομένων, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων γινομένων. Ὅρα γοῦν καὶ ἐνταῦθα, πῶς τὸν ὄλιον ἐκρούω ὁ διάβολος, ἵνα τὴν μὲν σὺ φρονα ἢ ἀποστρέψωμεθα, τὴν δὲ ἀκόλαστον ἀσπαζώμεθα καὶ φιλωμεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι Ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίγευσεν αὐτήν, καὶ εἶδε πολλοὺς περιγενομένους ἀκολασίας, βουλόμενος δι' ἑτέρας ὁδοῦ πάλιν ἐμβλεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἁμαρτίαν, διὰ ταύτης τῆς παρατήρησεως, ἐταιρίσθαι γυναῖκον ἠδέως προσεχέιν ἀνέπεισε.

Τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν ἐπιφθαίς καὶ περιάπτοις κερηρημένων, καὶ νομίματα χαλκᾶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνοσ ταῖς κεφαλαῖς καὶ τοῖς ποσὶ περιδεμοῦντων; Αὐταὶ αἱ ἐλπίδες ἡμῶν, εἰπέ μοι, ἵνα μετὰ σταυρὸν καὶ θάνατον Δεσποτικὸν εἰς Ἑλληνοσ βασιλέωσ εἰκόνα τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχωμεν; Οὐκ οἶδας πῶσα κατέρωθωσεν ὁ σταυρὸς; τὸν θάνατον κατέλυσε, τὴν ἁμαρτίαν ἔσβεσε, τὸν βῆθιν ἀχρηστον ἐποίησε, τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν ἐξέλυσε, καὶ εἰς σώματα [244] ὑγιειαν οὐκ ἐστὶν ἀξιώπιστος; τὴν οἰκουμένην ἀνέστησεν ἅπασαν, καὶ σὺ αὐτῷ οὐ θαρρείς; καὶ τίνοσ ἂν ἀξίωσ εἴς, εἰπέ μοι; Οὐ περιάπτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιφθαίς σωτῆρ περιάγεις, γραθία μεθύνοντα καὶ παραπαίοντα εἰς τὴν οἰκίαν σου εἰσάγων· καὶ οὐκ αἰσχύνῃ οὐδὲ ἐρυθρίαις μετὰ τοσαύτην φιλοσοφίαν πρὸς ταῦτα ἐπτοημένος; Καὶ τὸ χαλεπώτερον τῆς ἀπάτης· ὅταν γὰρ παραινῶμεν ταῦτα καὶ ἀπάγωμεν, δοκούμενος ἀπολογεῖσθαι φασιν, ὅτι Χριστιανῆ ἐστὶν ἡ γυνὴ ἢ ταῦτα ἐπάδουσα, καὶ οὐδὲν ἕτερον φθέγγεται, ἢ τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα. Διὰ τοῦτο μὲν οὖν αὐτὴν μάλιστα μισῶ καὶ ἀποστρέφομαι, ὅτι τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ πρὸς ὕβριν κατακέχρηται, ὅτι λέγουσα Χριστιανῆ εἶναι, ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπιδεικνυται. Καὶ γὰρ καὶ οἱ δαίμονες τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα ἐφθέγγοντο, ἀλλ' ἦσαν δαίμονες, καὶ οὕτως ἔλεγον πρὸς τὸν Χριστόν· Οἰδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιωσ τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁμοῦς ἐπετίμησεν αὐτοὺς καὶ ἀπήλασε. Διὰ δὴ ταῦτα παρακαλῶ τῆς ἀπάτης καταφεύειν ταύτης, καὶ καθάπερ βακτηρίαν ἔχειν τὸ ρῆμα τοῦτο. Καὶ ὡσπερ χωρὶς ὑποδημάτων ἡ ἱματίων οὐκ ἂν ἔλοιτό τις ὦμόν εἰς τὴν ἀγορὰν καθεῖναι· οὕτω χωρὶς τοῦ ρήματος τοῦτο μηδέποτε εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλησ, ἀλλ' ὅταν μέλλῃς ὑπερβαλεῖν τὰ πρόθυρα τοῦ πύλωνωσ, τοῦτο φθέγγαι τὸ ρῆμα πρότερον· Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου καὶ τῇ λατρειᾷ σου, καὶ συντάσσομαί σοι, Χριστέ· καὶ μηδέποτε χωρὶς τῆς φωνῆσ ταύτης ἐξέλθῃς· τοῦτό σοι βακτηρία ἐστὶ, τοῦτο ὄπλον, τοῦτο πύργωσ ἀμαρτίας. Καὶ μετὰ τὸ ρῆμα τούτο· καὶ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου διατύπωσον· εἰ τι γὰρ οὐ μόνον ἄνθρωπωσ ἀπαντῶν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτόσ ὁ διάβολωσ βιάσει τι δυνήσεται, μετὰ ταῦτα σε ὀρῶν τῶν ὄπλων πανταχοῦ φαυόμενον. Καὶ ταῦτα σαυτὸν ἐντεῦθεν ἤδη παιδεύσον, ἵνα ὅταν τὴν σφραγίδα λάβῃσ, ἐμπαράσκευωσ ἢσ στρατιώτωσ, καὶ τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον στήσασ, δέξῃ τὸν τῆσ δικαιοσύνησ; σέφανον· οὐ γένοιτο πάντασ ἡμᾶσ ἐπιτυγεῖν, χάριτι καὶ φιληθῶ· ὡπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺσ αἰῶνασ τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

\* Alii πῶσ τὴν μὲν σὺ φρονα.

\* Quilam alii ἐρώμεθα.

† Alii πρὸ τοῦ τὴν τιμὴν.

‡ Manuscripti non pauci καὶ ἡμεῖσ μάλιστα μὲν οὐκ ἂν.

§ Hanc Savitii lectionem recepimus, pro eo quod editum fuerat, τοῦ αὐτοῦ. Edit.

¶ Latus ἐκείνην τὴν φοβερὰν, ταύτην.

† Savit. et. quidam mss. τὴν πλῆγην

## IN TRES SEQUENTES HOMILIAS

Argumenti ratione ducti hasce tres homilias consequenter ponimus : in singulis enim agitur de imbecillitate diaboli, probaturque eum non gubernare mundum, atque ex hominum ignavia socordiaque proficisci quidquid malorum diabolus in vitam humanam importat. In editione Morelliana variis et longe dissitis in locis hæ tres conciones positæ sunt : ita ut ea, quam primam ponimus, in quinto tomo sexagesima tertia reperitur : ea vero quam secundam locamus, *De diabolo tentatore*, in primo tomo vicesima quinta jaceat ; tertia, *De ignavia*, in secundo tomo sit postrema. Quod autem in editione Morelliana ita sejunctæ reperiantur, id casu potius, quam consilio accidisse videtur. In editione vero Saviliana duæ illæ, quas priores locamus, nempe, *Dæmonas non gubernare res humanas*, et, *De diabolo tentatore*, consequenter ponuntur tomo VI, tertia vero *De ignavia*, aliis quibusdam interpositis, separatur : licet et catalogus ille sincerissimus Augustanus eam cum superiori *De diabolo tentatore* connectat, et argumenti temporisque ratio idipsum postulet.

2. Nondum fortasse percipitis, quæ dixi: quamobrem clarius eadem est necesse dicantur. Sit pugil unus<sup>1</sup>; sint et athletæ duo qui cum eo sint luctaturi, atque ex his duobus athleticis unus quidem sit ingluvie corruptus, contemptus, viribus defectus, enervatus; alter vero qui strenue se gerat, bene habito sit corpore, in palæstra versetur, in multis gymnasiis, omnique se athletica exercitatione corroboret: si adversarium ergo sustuleris, utri horum injuriam inferes? num ignavo et negligentem, an strenuo, qui tot labores exantlaverit? Hand dubium, quin strenuo: nam hic quidem propter ignavum adversario sublato damnum est passus; at ignavus illo manente non jam ob strenuam injuria est affectus, quippe qui propter ignaviam suam conciderit.

*Non diabolus lædit hominem, sed propria ignavia.* — Dicam et aliam quæstionis hujus solutionem, ut intelligas non diabolum injuriam inferre, sed propriam ignaviam eos, qui minime attentum sunt, ubique supplantare. Relinquatur diabolus admodum malus non natura, sed animi proposito ac sententia: malum enim natura non esse diabolum, ex nominibus ipsis cognosce. Diabolus namque, hoc est accusator, dictus est ab accusando: hominem enim apud Deum accusavit, *Num gratis Job te colit?* inquit, *sed mitte manum tuam, et tange quæ habet: si non in faciem te blasphemabit* (Job 1. 9. 11). Accusavit rursus Deum apud hominem, *Ignis cecidit de cælo*, inquit, *et combusit oves* (Ib. v. 16): siquidem illi persuadere nitentur, desuper e cælis bellum istud in eum esse commotum, et servum cum domino collidebat, dominumque cum servo: imo vero non collidebat, sed eonatus est quidem, at non valuit: ut cum alterum

videris servum cum domino commissum et odio in eum commotum, Adam scilicet in Deum, ejusque calumniam fidem habentem, non ex propria virtute, sed ex illius eum ignavia socordiaque discas robur acquisivisse. Diabolus igitur idcirco dictus est, id est accusator: porro accusare et non accusare natura non est, sed actio, quæ fit et esse desinit, quæ accidit et accidere desinit: res autem ejusmodi non naturæ neque substantiæ conditionem sunt nactæ. Scio multis comprehensu difficilem hunc esse de substantia de quo accidentibus sermonem; sed sunt qui subtilius audire possunt: quam ob causam et nos hæc diximus. Vultis et ad alterum nomen veniam, ac videbitis illud quoque non substantiæ neque naturæ nomen esse? Malus vocatur: malitia vero non est naturæ, sed arbitrii ac propositi: nam et ipsa nonnumquam inest, et nonnumquam inesse desinit. Noli enim mihi dicere in illo eam perpetuo manere: nam et in illo ab initio non fuit, sed postea accessit; quamobrem et apostata dicitur: tametsi cum multi sint homines mali, solus ille per excellentiam Malus dicitur. Quam tandem igitur ob causam sic appellatur? Quod nullatenus a nobis injuria lacessitus, cum nihil exiguum, nihil magnum posset objicere, cum honore affectum vidisset hominem, continuo bonis ejus invidit. Quid igitur hac malitia nequius fingi possit, quam cum nulla legitima de causa odium ac bellum exoritur? Relinquatur itaque diabolus; et creaturam in medium proferamus, ut discas non causam nobis malorum esse diabolum, si animum attendere velimus: ut intelligas eam, qui proposito animi est imbecillus, negligens et ignavus, etiamsi diabolus non sit, concidere et in multa vitiorum barathra seipsum præcipitem agere. Diabolus malus est: scio equidem, et in confesso est apud omnes; sed attende diligenter ad ea, quæ nunc dicturi sumus: non enim res sunt vulgares, sed de quibus a multis sæpenumero multis in locis habentur sermones; de quibus multa sæpe contentio et bellum exoritur, non fidelibus tantum adversus infideles, sed et fidelibus adversus fideles: hoc enim est, quod dolorem inurit.

3. Diabolum igitur malum esse fatentur omnes: quid de creatura ista bona et admiratione digna dicemus? an etiam malam esse creaturam? Et quis ille adeo scelestus, quis adeo stupidus ac mente captus, ut creaturam accuset? Quid ergo de illa dicemus? Non enim mala est, sed et bona, et sapientiæ Dei, virtutis ac benignitatis est argumentum. Audi ergo quo pacto illam admiretur propheta dicens: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti* (Psal. 103. 24). Non sigillatim incurrit; sed incomprehensibili divinæ sapientiæ immensitati cessit. Utiliter autem adeo bonam et magnificam illam a Deo factam esse ut noveris, audi quempiam dicentem: *Ex magnitudine et specie creaturarum per proportionem creator illarum videtur* (Sap. 13. 5): audi etiam Paulum dicentem: *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* (Rom. 1. 20). Horum enim quisque per ea, quæ di-

<sup>1</sup> Hæc, sit pugil unus, ἕνα ἀγωνιστὴν εἰς, deerant in Fall. Morel., sed habentur in Reg. et Colb., monetque in notis suis Ducæus esse restitueunda.

<sup>2</sup> Reg. solus habet, si tibi benedict, εἰ εὐλογῆσαι, quod eodem residit.

xit, nos ab ea, quasi manu, duci ad Dei cognitionem, subindicavit, quod illa efficiat, ut Dominum agnoscamus. Quid igitur? Si bonam hanc et admirabilem creaturam multis impietatis causam existitis videamus, num illam accusabimus? Nequaquam, sed eos qui medicina, ut oportuit, non sunt usi. Quomodo ergo causa impietatis erit illa, quæ ad Dei cognitionem nos provehit? *Oblenebrati sunt, inquit, in cogitationibus suis philosophi, et coluerunt, et servierunt creature potius quam creatori (Rom. 1. 21. 25)*. Nusquam diabolus hic, nusquam hic dæmon, sed creatura sola divinæ cognitionis magistra in medio proposita est. Quonam ergo pacto causa impietatis est facta? Non ex natura sua, sed ex eorum incuria, qui ad res suas attentum non erant. Quid igitur? tollemusne, quæso, creaturam quoque?

*Rectum membrorum usum corrumpit ignavia.* — Sed quid ego de creatura loquor? Ad membra nostra veniamus: nam et ipsa causam esse perditionis reperimus, nisi animum attendamus, non ex propria natura, sed ex ignavia nostra. Ac vide, quæso; datus est oculus, ut creaturam intuens, Dominum glorifices; at si oculo recte non utaris, adulterii tibi conciliator evadit. Lingua vero data est, ut laudes, ut celebres creatorem; at si recte non attendas, blasphemiam tibi fit administra. Manus datæ sunt, ut ad preces illas extendas; sed si sobrius non sis, ad rapinam eas extendis. Pedes dati sunt, ut ad bona opera curras; sed si negligens fueris, eorum ope malas actiones exsequeris. Vides infirmum cuncta lædere? vides infirmum remedia salutaria præcipitem in mortem agere, non ex natura sua, sed ex illius imbecillitate? Cælum condidit Deus, ut opus admirans, Dominum adorares; at alii conditore derelicto cælum ipsum adorarunt: id vero propter eorum ignaviam et insipientiam accidit. Sed quid ego creaturam dico? Enimvero quid salutaris cruce fieri possit? atqui crux ista scandalum infirmis est facta: *Verbum enim crucis perantibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, Dei virtus est (1. Cor. 1. 18)*; et rursus, *Prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam (1. Cor. 1. 23)*. Quid ad docendum aptius Paulo fingi possit et apostolis? at isti apostoli multis odor mortis sunt facti: ait igitur, *Aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam (2. Cor. 2. 16)*. Vides infirmum a Paulo etiam lædi, validum autem ne a diabolo quidem affici damno?

4. Vis etiam de Christo sermonem instituamus? Quid cum illa salute conferri potest? quid illo adventu fructuosius? atqui hic ipse adventus salutaris et utilis, multis accessio pœnarum est factus. *In iudicium enim, inquit, in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et qui vident, cæci fiant (Joan. 9. 39)*. Quid sis? lux cæcitatibus causa facta est? Non lux facta est causa cæcitatibus, sed oculorum animæ imbecillitas recipere lumen non valuit. Vides infirmum undique lædi, validum autem undique utilitatem decerpere? Nam ubique voluntas est in causa, ubique nostrum arbitrium

est auctor: quandoquidem diabolus, si nosse velis, etiam utilis nobis est, si eo, prout oportet, utamur, magnamque nobis utilitatem parit, neque mediocre nobis inde lucrum obvenit. Hoc multoties et ex ipso Job ostendimus: potest autem ex ipso quoque Paulo intelligi: sic enim ait de fornicatore scribens: *Tradite hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit (1. Cor. 5. 5)*. Ecce etiam salutis auctor factus est diabolus, tametsi non ex ipsius mente, sed ex artificio apostoli. Nam quemadmodum medici vipers sumunt, et perniciosi membris resectis theriaca medicamenta conficiunt: ita quoque Paulus fecit; quidquid inerat utile ex illato a diabolo supplicio sumens reliquum omisit. Ut enim intelligas non esse salutis auctorem diabolum, sed illum in id incubuisse, ut hominem perderet ac devoraret, apostolum autem sapientia sua gulam ei fregisse, audi quid in secunda ad Corinthios Epistolæ de eodem fornicatore dicat: *Confirmatis in illum caritatem, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui ejusmodi est, et circumveniamur a satana (2. Cor. 2. 8. 7. 11)*: præcipiamus ex belluæ faucibus hominem, ait. Tamquam enim carnifice persæpe diabolo usus est apostolus; carnifices autem maleficos quidem puniunt, at non quantum volunt, sed quantum judices sinunt: ea quippe lex est carnificis, ut ad judicis nutum attendens posnam inferat. Vides ad quantum ascenderit apostolus dignitatem? Qui circumdatus erat corpore incorporeo tamquam carnifice utebatur; et quod diabolo communis Dominus de Job ita præcipiens ait, *Tange cornem ejus, verumtamen animam ejus ne tetigeris (Job 2. 6)*: limites mensurasque pœnarum præscribens, ne cum proca et effrænata sit bellua, insolentius impetum faciat: hoc etiam agit apostolus: cum enim tradidisset ei fornicatorem, ait, *In interitum carnis (1. Cor. 5. 5)*, hoc est, Animam ejus ne tetigeris. Vides auctoritatem servi? Noli ergo diabolum timere, licet incorporeus sit: impegit enim; at nihil imbecillius est eo, qui impegit, licet minime corpore sit circumdatus; quemadmodum neque robustius est quidquam eo, qui libere et cum fiducia possit agere, licet mortale corpus circumferat.

5. Hæc a me nunc dicta sunt omnia, non ut diabolum crimine liberarem, sed ut vos ab ignavia liberos redderem: siquidem magnopere contendit ille, peccatorum ut nostrorum in ipsum culpam rejiciamus: ut hac spe lactati, cum omne genus scelerum pervaserimus, multa supplicia nobis augeamus, nec ullam ideo veniam impetremus, quod culpam in eum transulerimus, sicut nec Eva impetravit. Nos vero nequaquam id agamus, sed nos ipsos agnoscamus, vulnera agnoscamus: sic enim et medicamenta poterimus adhibere: nam qui morbum non novit, nihil de agritudine sollicitus erit. Multa peccavimus; scio equidem; omnes enim pœnis obnoxii sumus; at venia nobis negata non est, nec a pœnitentia excidimus: adhuc enim stamus in scammate, et in pœnitentiæ certaminibus versamur. Senex es, et ad ipsum exitum vitæ pervenisti? Ne tum quidem a pœnitentia te arbitraris

χειραγωγεί· ὅτι αὐτὴ ποιεῖ ἐπιγινώσκειν τὸν Δεσπότην. Τί οὖν, ἐάν ἴδωμεν τὴν καλὴν ταύτην καὶ θαυμαστίαν, αὐτὴν γενομένην ἀσεβείας αἰτίαν πολλοῖς, αἰτιασόμεθα αὐτήν; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐκείνους τοὺς μὴ χρῆσασθαι εἰς δέον τῷ φάρμακῳ. Ποῦ οὖν ἀσεβείας αἰτία αὐτὴ ἢ χειραγωγούσα πρὸς θεογνωσίαν; Ἐσκοιόθησαν, φησὶν, ἐν τοῖς διαλογοῖσι αὐτῶν οἱ φιλόσοφοι, καὶ ἐσεδόθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει κυρὰ τῶν κτίσαντα. Οὐδαμοῦ διάβολος ἐνταῦθα, οὐδαμοῦ δαίμων ἐνταῦθα, ἀλλὰ κτίσις εἰς τὸ μῖσον πρόκειται μόνη διδάσκαλος τῆς θεογνωσίας. Πῶς γοῦν γέγονεν ἀσεβείας αἰτία; Οὐ παρὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀμέλειαν τῶν μὴ προσεχόντων. Τί οὖν; ἀναρῆσομεν καὶ τὴν κτίσιν, εἰπέ μοι;

Καὶ τί λέγω περὶ τῆς κτίσεως; Ἐπὶ τὰ μέλη ἔλθωμεν τὰ ἡμέτερα· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα εὐρήσομεν ἀπωλείας αἰτία, ἐάν μὴ προσέχωμεν, οὐ [264] παρὰ τὴν οἰκειαν δὲ φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν βῆθυσίαν. Σκόπει δέ· Ὁφθαλμὸς ἐδόθη, ἵνα βλέπωμεν τὴν κτίσιν δοξάζῃ τὸν Δεσπότην· ἀλλ' ἐάν μὴ καλῶς χρῆσθαι τῷ ὀφθαλμῷ, μοιχείας σοι γίνεται πρόξενος· γλύσττα δὲ ἐδόθη, ἵνα εὐφημῆς, ἵνα ὑμνήσῃ τὸν Ποιητήν· ἀλλ' ἐάν μὴ καλῶς προσέχης, βλασφημίας σοι γίνεται αἰτία· χεῖρες δὲ ἐδόθησαν, ἵνα ἀνατείνῃς αὐτάς εἰς εὐχάς· ἀλλ' ἐάν μὴ νήφῃς, εἰς πλεονεξίαν αὐτάς ἐκτείνεις· πόδες ἐδόθησαν, ἵνα τρέχῃς εἰς καλὰ ἔργα· ἀλλ' ἐάν ἀμελήσῃς, τὰς πονηράς δι' αὐτῶν ἔξεις πράξεις. Ὁρᾷς ὅτι τὸν ἀσθενῆ πάντα βλάπτει; ὄρας ὅτι τὸν ἀσθενῆ καὶ τὰ φάρμακα τὰ σωτηρία εἰς θάνατον ἐμβάλλει, οὐ παρὰ τὴν οἰκειαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου; Ἐποίησεν οὐρανὸν ὁ Θεὸς, ἵνα θαυμάσας τὸ ἔργον προσκυνήσῃς τὸν Δεσπότην· ἀλλ' ἕτεροι τὸν Ποιητὴν ἀφέντες, αὐτὸν τὸν οὐρανὸν προσεκύνησαν· ταῦτα δὲ ἀπὸ τῆς ἐκείνου βῆθυσίας τε καὶ ἀνοίας. Ἀλλὰ τί λέγω κτίσιν; Καὶ μὴν τί τοῦ σταυροῦ σωτηριωδέστερον γένοιτ' ἂν; ἀλλ' ὁ σταυρὸς οὗτος σκάνδαλον τοῖς ἀσθενοῦσι γέγονεν· Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις δύναμις Θεοῦ· καὶ πάλιν· *Κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίους μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν*. Τί τοῦ Παύλου διδασκαλικώτερον γένοιτ' ἂν καὶ τῶν ἀποστόλων; ἀλλ' οἱ ἀπόστολοι οὗτοι ὁσμή θανάτου τοῖς πολλοῖς ἐγένοντο· φησὶ γοῦν· *Οἷς μὲν ὁσμή θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ζωῆς εἰς ζωὴν*. Ὁρᾷς ὅτι ὁ μὲν ἀσθενὴς καὶ ἀπὸ τοῦ Παύλου βλάπτεται, ὁ δὲ ἰσχυρὸς οὐδὲ ἀπὸ τοῦ διαβόλου ἀδικεῖται;

δ. Βούλει καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τὸν λόγον γυμνάσωμεν; Τί τῆς σωτηρίας ἐκείνης ἴσον; τί τῆς παρουσίας ἐκείνης χρησιμώτερον; ἀλλ' αὐτὴ ἢ παρουσία ἢ σωτηριώδης, ἢ χρησίμη, πολλοῖς προσθήκη κολάσεως γέγονεν· *Εἰς κρίμα γὰρ, φησὶν, ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τούτου, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέψωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται*. Τί λέγεις; τὸ φῶς; πηρώσεως αἰτίον γέγονεν; Οὐ τὸ φῶς πηρώσεως αἰτίον γέγονεν, ἀλλ' ἡ ἀσθένεια τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς τὸ φῶς ὑποδέξασθαι οὐκ ἴσχυον. Εἶδες ὅτι ἀσθενὴς πάντοθεν βλάπτεται, ὁ δὲ ἰσχυρὸς πάντοθεν ὠφελεῖται; Πανταχοῦ γὰρ ἢ προαίρεσις αἰτία, πανταχοῦ ἢ γνώμη κυρία· ἐπεὶ ὁ διάβολος, εἰ βούλει μαθεῖν, καὶ χρήσιμος ἡμῖν ἐστίν, ἐάν εἰς δέον αὐτῷ χρώμεθα, καὶ τὰ μεγάλα ἡμῶς ὠφελῆ, καὶ κερδαίνωμεν οὐ τὰ τυχόντα. Καὶ τοῦτο

εἰδείξαμεν πολλοστὸν καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰωβ· *Ἐξεστὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Παύλου μαθεῖν· περὶ γὰρ τὸν πεπορευκὸς γράφων οὕτω λέγει· Παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς δλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ*. Ἴδου καὶ σωτηρίας αἰτίος ὁ διάβολος γέγονεν, ἀλλ' οὐ παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τέχνην τοῦ Ἀποστόλου. Καθάπερ γὰρ οἱ ἱατροὶ ἐχίδνας λαμβάνοντες καὶ τὰ ὀλέθρια αὐτῶν ἀποτέμνοντες μέλη, τὰ θηριακὰ κατασκευάζουσι φάρμακα· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησεν· ὅσον χρισμὸν ἦν ἀπὸ τῆς κολάσεως τῆς ἐπαγομένης παρὰ τοῦ διαβόλου λαβὼν, τὸ λοιπὸν εἴλασεν. Ἴνα γὰρ μάθῃς, ὅτι οὐχ ὁ διάβολος τῆς σωτηρίας αἰτίος, ἀλλ' ἀπόλεσα· τὸν ἄνθρωπον καὶ καταπιεῖν ἠλείγετο, ὁ δὲ Ἀπόστολος διὰ τῆς αὐτοῦ σοφίας τὴν λαίμην· [265] ἐνέκολεν, ἄκουσον ἐν τῇ δευτέρᾳ τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ τί φησι περὶ αὐτοῦ τοῦ πεπορευκὸς· *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, μὴ πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος, καὶ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾷ*· προεξαρπάσωμεν τῆς φάρυγγος τοῦ θηρίου τὸν ἄνθρωπον, φησὶν. Ὡς γὰρ δημίῳ πολλὰκις ἐχρήσατο τῷ διαβόλῳ ὁ Ἀπόστολος· οἱ δὲ δήμιοι κολάζουσι μὲν τοὺς ἡμαρτηκότας, οὐ μὴν ὅσον βούλονται, ἀλλ' ὅσον οἱ δικάζοντες ἐπιτρέπουσιν· οὕτως γὰρ δημίῳ νόμος, τῷ νεύματι τοῦ δικαστοῦ προσέχοντα τιμωρεῖσθαι. Εἶδες εἰς ὅσον ἀξίωμα ἀνέθε ὁ Ἀπόστολος; Ὁ σῶμα περιεκείμενος τῷ ἀσωμάτῳ ὡς δημίῳ ἐχρήσατο, καὶ ὅπερ ὁ κοινὸς Δεσπότης λέγει τῷ διαβόλῳ περὶ τοῦ Ἰωβ, παραγγέλλων οὕτως, *Ἄψαι τῆς σαρκός αὐτοῦ, πλὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἄψῃ*, ὅπως αὐτῷ διδοῦς καὶ μέτρα τιμωρίων, ἵνα μὴ προπετῆς ἢ τὸ θηρίον ἀναίχυντότερον ἐπιτηδῆσθαι, τοῦτο καὶ ὁ Ἀπόστολος ποιεῖ· παραδοῦς γὰρ αὐτῷ τὸν πεπορευκὸτα, φησὶν· *Εἰς δλεθρον τῆς σαρκός*· τοῦτ' ἐστὶ, *τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἄψῃ*. Εἶδες αὐθεντιαν οἰκείου; Μὴ τοίνυν ποδοῦ τὸν διάβολον, κἂν ἀσώματος ἦ· προσέκρουσε γὰρ· οὐδὲν δὲ τοῦ προσκεκρυκότος ἀσθενέστερον, κἂν μὴ σῶμα περιεκείμενος ἦ· ὡσπερ οὖν οὐδὲν τοῦ παρήρησιαν ἔχοντος ἰσχυρότερον, κἂν σῶμα περιφέρῃ θνητόν.

ε'. Ταῦτά μοι πάντα εἰρηται νῦν, οὐχ ἵνα τὸν διάβολον ἐγκλημάτων ἀπαλλάξω, ἀλλ' ἵνα ὑμᾶς ἐλευθερώσω τῆς βῆθυσίαι. Καὶ γὰρ σφόδρα βούλεται ἐκείνος τῶν ἡμετέρων ἡμαρτημάτων ἐπ' αὐτὸν ἄγειν τὴν αἰτίαν, ἵνα ταῦταις ταῖς ἐλπίσι τρεφόμενοι, καὶ πᾶν εἶδος κακίας ἐπιόντες, πολλὴν ἀυξήσωμεν καθ' ἑαυτῶν τὴν κολάσιν, οὐδεμίαις τυγχάνοντες συγγνώμης ἀπὸ τοῦ μετατιθέναι ἐπ' αὐτὸν τὴν αἰτίαν· ὡσπερ οὖν οὐδὲ ἡ Εὐα ἔτυχεν. Ἀλλ' ἡμεῖς μὴ τοῦτο παιώμεν, ἀλλ' ἐπιγνώμεν ἑαυτοὺς, ἐπιγνώμεν τὰ τραύματα· οὕτω γὰρ καὶ τὰ φάρμακα ἐπιβεβαίαι δυνασόμεθα· ὁ γὰρ τὴν νόσον ἀγνοῶν οὐδεμίαν ποιήσεται τῆς ἀρρώστιας ἐπιμέλειαν. Ἡμάρτομεν πολλὰ· οἶδα καὶ γὰρ πάντες γὰρ ἔσμεν ἐν ἐπιτιμίαις· ἀλλ' οὐκ ἀπεστερήμεθα συγγνώμης, οὐδὲ ἐξεπέσομεν μετανοίας· ἔτι γὰρ ἐν τῷ σκάμματι ἐστήκαμεν, καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τῆς μετανοίας ἐσμεν. Γέρων εἰ ἢ καὶ πρὸς τὴν ἐσχάτην ἀπληντηκας ἔξοδον; Μὴ νομίσης μὴδὲ οὕτως ἐκπεπτωκέναι μετανοίας, μὴδὲ ἀπο-

• Reg. et Colb. λώμην, mendose.

ἢ Sic Reg. et Colb. recte. Edit. Morel. γεγωνεῖ, perperam.

γνώς τῆς σωτηρίας τῆς ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐννόησον τὸν λησιτὴν τὸν ἐν τῷ σταυρῷ ἐλευθερωθέντα. Τί γὰρ τῆς ὥρας ἐκείνης βραχύτερον, καθ' ἣν ἔστεφανοῦτο; ἀλλ' ὁμοῦς ἤρκεσεν αὐτῷ καὶ αὕτη πρὸς σωτηρίαν. Νέος εἶ; μὴ θαρσύνῃς τῇ νεότητι, μηδὲ νομίσης ἰκανὴν ἔχειν προθεσμίαν τῆς ζωῆς. Ἡ γὰρ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτῃς ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. Διὰ τοῦτο ἀήθλον ἡμῶν ἐποίησε τὴν τελευταίαν, ἵνα δῆλην ποιησώμεθα τὴν σπουδὴν καὶ τὴν πρόνοιαν. Οὐχ ὀρᾶς ἄωρους καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναρπαζομένους; Διὰ τοῦτο παραινεῖ τις. *Μὴ ἀνάμενε ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον, μηδὲ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. μὴ ποτε, ὡς μέλλεις, ἐκτριβῆς.* Ὁ γέρον [266] ἐκείνην ἐχέτω τὴν παραινέσιν· ὁ νέος ταύτην ἐχέτω τὴν νοουθεσίαν. Ἄλλ' ἐν ἀσφαλεῖ εἰ, καὶ πλουτεῖς, καὶ κομᾶς χρήμασι, καὶ οὐδὲν σοι γίνεται δεινόν; ἀλλ' ἀκουσον τί φησὶν ὁ Παῦλος. *Ὅταν δὲ λέγωσιν εἰρήνην καὶ ἀσφάλειαν, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται δεινός.* Πολλῆς γέμει μεταβολῆς τὰ πράγματα· οὐκ ἔστι μὲν κύριος τῆς τελευταίας· γενώμεθα κύριοι τῆς ἀρετῆς· φιλόανθρωπός ἐστιν ὁ Δεσπότης ἡμῶν Χριστός.

Βούλεσθε εἰπω καὶ μετανοίας ὁδοῦς; Πολλὰ τινές εἰσι καὶ ποικίλαι καὶ διάφοροι, καὶ πᾶσαι πρὸς τὸν οὐρανὸν φέρουσιν. Ἔστι πρώτη μετανοίας ὁδὸς ἁμαρτημάτων κατάγωσις. *Λέγει γὰρ σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῆς*· διὸ καὶ ὁ προφήτης ἔφη· *Εἰπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου ἐπὶ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφήκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου.* Κατάγωσι τοῖνον καὶ σὺ τῶν ἁμαρτημένων· ἀρκεῖ τοῦτο τῷ Δεσπότη πρὸς ἀπολογίαν· ὁ γὰρ καταγνοῦς τῶν ἁμαρτημένων, ὀκνηρότερός ἐστι πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς· πάλιν περιπεσεῖν. Κίνησον τὸν κατήγορον ἔνδον τὸ σὸν συνειδὸς, ἵνα μὴ ἐκεῖ κατήγορον ἔχῃς ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Κυρίου. Μία μὲν οὖν μετανοίας ὁδὸς, ἀρίστη αὕτη· ἔστι δὲ καὶ ἕτερα ταύτης οὐκ ἐλάττων, τὸ μὴ μνησικακεῖν τοῖς ἐχθροῖς, τὸ κρατεῖν ὀργῆς, τὸ ἀφιέναι τὰ συνδουλικά ἁμαρτήματα· οὕτω γὰρ ἡμῖν ἀφεθήσεται καὶ τὰ εἰς τὸν Δεσπότην γεγενημένα· ἰδοὺ καὶ δεύτερον ἁμαρτημάτων καθάρσιον· *Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε, φησὶ, τοῖς ὀφειλέταις ὑμῶν, καὶ ὁ Πατήρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν.* Βούλει καὶ τρίτην μαθεῖν μετανοίας ὁδόν; Εὐχὴ ζέουσα καὶ ἀκριβής, καὶ ἀπὸ βαθυτάτης καρδίας τοῦτο ποιεῖν. Οὐκ εἶδες ἐκείνην τὴν χήραν, πῶς τὸν ἀναίσχυντον δικαστὴν ἐπεσπάσατο; Σὺ δὲ ἡμερον ἔχεις Δεσπότην καὶ προσήνη καὶ φιλόανθρω-

πον· ἐκείνη κατ' ἐχθρῶν ἤγει, σὺ δὲ οὐ κατ' ἐχθρῶν αἰτεῖς, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας. Εἰ δὲ καὶ τετάρτην θέλεις μαθεῖν, τὴν ἐλεημοσύνην ἐρῶ· πολλὴν γὰρ δύναμιν αὕτη ἔχει, καὶ ἀφαντο· καὶ γὰρ τῷ Ναβουχοδονόσορ εἰς πᾶν εἶδος κακίας ἐλθόντι, καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν ἐπέλθόντι, φησὶν ὁ Δαυὶδ· *Βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι· τὰς ἀμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι καὶ τὰς ἀνομιὰς σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων.* Τί γένοιτο ταύτης ἴσον τῆς φιλανθρωπίας; Μετὰ μυρία ἁμαρτήματα, μετὰ τοσαύτας παρανομίας ἐπαγγέλλεται καταλλάττεσθαι τῷ προσκεκροκῆτι, εἰ τοῖς συνδούλοις φιλανθρωπεύεται τοῖς αὐτοῦ. Καὶ τὸ μετριάζειν δὲ καὶ ταπεινοφρονεῖν τῶν εἰρημένων ἀπάντων οὐχ ἤττον δαπανᾷ ἁμαρτημάτων ψύσιν· καὶ μάρτυς ὁ τελώνης, κατορθώματα μὲν οὐκ ἔχων εἰπεῖν, ἀντὶ δὲ πάντων τῶν ταπεινοφροσύνην προσφέρων, καὶ τὸ βαρὺ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποτιθέμενος φορτίον. Ἰδοὺ πέντε μετανοίας ὁδοὺς ἐδείξαμεν, πρῶτην τὴν καταγνοσιν τῶν ἁμαρτημένων, δευτέραν τὸ ἀφιέναι τοῖς πλησίον τὰ ἁμαρτήματα, τρίτην τὴν ἀπὸ τῆς εὐχῆς γιγνομένην, τετάρτην τὴν ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης, πέμπτην τὴν ἀπὸ τῆς ταπεινοφροσύνης. Μὴ τοῖνον ἀργεῖ, [267] ἀλλὰ πάσας ταύτας καθ' ἑκάστην ἔδειξεν τὴν ἡμέραν· καὶ γὰρ εὐκολοὶ αἱ ὁδοὶ, καὶ οὐκ ἔχεις προβαλέσθαι πενίαν· ἀλλὰ καὶ ἀπάντων πτωχότερον βιοῖς, καὶ ὀργὴν ἀφιέναι καὶ ταπεινοφρονῆσαι δυνήσῃ, καὶ εὐξασθαι ἐκτελεσθαι, καὶ καταγνοῦναι τῶν ἁμαρτημένων, καὶ οὐδαμοῦ κώλυμα ἢ πενία γίνεται. Καὶ τί λέγω ἐνταῦθα, ὅπου οὐδὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὁδῷ τῆς μετανοίας, ἐν ἣ ἡ χρήματα καταβαλεῖν ἐστι (τὴν ἐλεημοσύνην λέγω), οὐδὲ ἐκεῖ κωλύει τι πρὸς ἐντολὴν ἡμᾶς ἢ πενία; Καὶ ἐδήλωσεν ἡ τὰ δύο λεπτά καταβαλοῦσα χήρα. Μαθόντες οὖν τὴν θεραπείαν τῶν ἡμετέρων τραυμάτων, συνεχῆ ταῦτα ἐπιθώμεν τὰ φάρμακα, ἵνα πρὸς ὑγίειαν ἐπανελθόντες τῆς ἀληθῆς, καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης μετὰ παύσεως ἀπολαύσωμεν, καὶ μετὰ πολλῆς δόξης ἀπαντήσωμεν τῷ βασιλεῖ τῆς δόξης Χριστῷ, καὶ τῶν αἰώνων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, κράτος, τιμὴ, ἅμα τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἡεο. καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν ἐπέλθόντι, deerant in ed. Morel.: habentur in Reg. Colb., ac δι' ὁμοιοτέλετον excluderant.

*\*Ὅτι ἐκ βρυθμίας ἢ κακίας, καὶ ἀπὸ σπουδῆς ἢ ἀρετῆς, καὶ οὐδὲν ὅτε οἱ ἄνθρωποι ποτηροί, ὅτε αὐτοὶ ὁ δαῖδουλος τὸν νήφοντα παραβάψαι δύναται· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀλλοθὲν τε ποτ- λαχόντες, καὶ ἐκ τῶν κατὰ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Ἰώβ.*

### Ὁμιλία γ'.

α'. Ἡμεῖς μὲν πρὸ τῆς χθρῆς ἡμέρας τοὺς περὶ τοῦ διαβόλου λόγους πρὸς τὴν ἀγύπνην ἐκινουμένους τὴν ὑμέτερον· ἕτεροι δὲ πρὸ τῆς χθρῆς ἡμέρας, λόγων κινουμένων ἐνταῦθα τοιοῦτων, ἐν τοῖς θεάτροις καθήμενοι, τοῦ διαβόλου τὴν πομπὴν ἐθεώρουν· ἁμα-

των μετεχον ἐκείνοι πορνικῶν, ὑμεῖς ἀπροσμάτων ἐκινουμένους πνευματικῶν· ἡσθιον ἐκείνοι τὴν ἀκαθαρσίαν τὴν διαβολικὴν, ἐστειλθε ὑμεῖς τὸ μύρον τὸ πνευματικόν. Τίς ἄρα αὐτοὺς ἀπεδοικώλησε; τίς ἄρα αὐτοὺς ἀπέσχισε τῆς πομπῆς τῆς ἱερᾶς; Ἄρα

excidisse; neque de tua salute desperes, sed latro tibi veniat in mentem, qui in cruce libertate donatus est. Quid enim brevius illa hora, in qua coronatus est? attamen hæc etiam illi ad salutem suffecit. Juvenis es? noli confidere juventuti, nec existimes longum te vitæ spatium habiturum: *Dies enim Domini sicut fur in nocte, ita veniet* (1. *Thess.* 5. 2). Propterea incertum nobis obitum reddidit, ut certum studium ac sollicitudinem adhibeamus. Non vides eos, qui præmaturò in dies obitu abripiuntur? idcirco admonet quidam, *Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem* (*Eccli.* 5. 8.), ne forte, dum cunctaris, conteraris. Adhortatio illa seni adhibeatur; hæc juvenis admonitione doceatur. At in tuto versaris, et divitiis affluis; pecuniis redundas, neque mali tibi quidquam accidit? verum audi, quid dicat Paulus: *Cum dixerint pacem et tranquillitatem, tunc repentinus eis superveniet interitus* (1. *Thess.* 5. 3). Multa laborant vicissitudine ac mutatione res humanæ: non est in potestate nostra obitus, sit in potestate nostra virtus: benignus est Dominus noster Christus.

6. *Quinque pœnitentiæ viæ.* — Vultis etiam pœnitentiæ vias commemorare? Multæ sane sunt illæ, varix ac differentes, et omnes ad cælum ducunt. Prima est pœnitentiæ via damnatio peccatorum: *Dic enim tu primus peccata tua, ut justificeris* (*Isai.* 45. 26). Propterea quoque dicebat propheta: *Dixi, pronuntiabo adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei* (*Psal.* 51. 5). Damna igitur et tu ea, in quibus peccasti: hoc Domino sufficit ad excusationem: qui enim ea damnat, in quibus peccavit, tardius in eadem rursus incidit: domesticum accusatorem excita conscientiam tuam. ne accusatorem illic habeas coram Domini tribunali. Hæc igitur una est optima pœnitentiæ via; adhuc autem et altera est nibilo inferior ista, ut acceptarum ab inimicis injuriarum memores non simus, ut iræ imperemus, ut conservorum peccata dimittamus: sic enim et quæ in Dominum commissa fuerint, dimittentur: en alteram etiam peccatorum expiationem. *Si enim dimiseritis, inquit, debitoribus vestris, dimittet et vobis Pater vester cælestis* (*Matth.* 6. 14). Vis et tertiam pœnitentiæ viam discere? Oratio fervens et accurata, atque ex intimo corde promanans. Non tu viduam illam vidisti, quo pacto impudentem sibi ju licem illum conciliarit (*Luc.* 18. 3)? At tu man-

suetum nactus es Dominum, bonum et clementem: illa adversus inimicos postulabat; tu vero non adversus inimicos, sed pro tua salute postulas. Quod si quartam etiam nosse velis, eleemosynam dicam: multam enim ea et copiosam vim habet: siquidem Nabuchodonosori, qui ad omne improbitatis genus proventus erat, et omnem impietatem molitus erat, ait Daniel: *Rex, consilium meum placeat tibi: peccata tua in eleemosynis redime, et iniquitates tuas in miserationibus pauperum* (*Dan.* 4. 24). Quid cum hac benignitate conferri queat? Post innumera peccata, post tot et tantas calamitates placatum iri se pollicetur ei, qui offenderat, si erga conservos suos benigne se gesserit. Et vero, si modeste agat quis, et humilis sit, hoc non minus quam quæ dicta sunt omnia, peccatorum naturam absorbit: cuius rei testis est publicanus, qui recte facta quidem commemorare non poterat, sed omnium loco humilitatem obtulit, et grave peccatorum onus deposuit (*Luc.* 18. 13). Ecce quinque pœnitentiæ vias indicavimus: primam peccatorum damnationem, secundam cum proximis peccata dimittimus, tertiam quæ in oratione consistit, quartam quæ in eleemosyna, quintam quæ in humilitate. Noli igitur otiosi, sed quotidie per has omnes incede: sunt enim faciles viæ, neque paupertatem potes obtendere: sed licet in egestate graviore vitam traducas, et iram deponere et humilitatem præ te ferre poteris, et assidue precari, et peccata damnare, neque paupertas usquam impedimentum affert: quid dico hic, quandoquidem nec in illa pœnitentiæ via, in qua pecunias licet erogare (eleemosynam dico), ne illic quidem nobis ad mandatum exsequendum objicit impedimentum paupertas? Id vero vidua demonstravit, quæ duo minuta miisit (*Marc.* 12. 42). Cum igitur hanc vulnera nostra curandi rationem didicerimus, hæc medicamenta adhibeamus, ut vera sanitate recuperata, sacra mensa cum fiducia perfruamur, et multa cum gloria Christo regi gloriæ occurramus, æternaque assidue bona consequamur, gratia, misericordia, et benignitate Domini nostri Jesu Christi; per quem et cum quo Patri gloria, imperium, honor, una cum sancto, bono ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

QUOD EX DESIDIA IMPROBITAS, EX DILIGENTIA VIRTUS ORIATUR: QUODQUE NEC IMPROBI HOMINES, NEC IPSE DIABOLUS HOMINI VIGILANTI NOCERE POSSINT. DEMONSTRATIO AUTEM PETITUR TUM ALIIS MULTIS EX LOCIS, TUM EX IIS QUÆ ADAMO ET JOBO CONTIGERUNT (a).

#### HOMILIA III.

1. Ante hesternum quidem diem de diabolo nobis apud caritatem vestram est instituta oratio; alii vero eodem die, cum nos hic ea de re dissereremus, in thea-

tris sedentes, diaboli pompam spectabant: illi meretriciarum cantilenarum, vos doctrinæ spiritualis participes eratis: illi imparissimis diaboli escis resecebantur, vos unguento spirituali pascebamini. Quis ergo illos aberrare fecit? quis a sacro ovili segregavit?

(a) Collata cum Codice Reg. 1964 et Colbert. 1050.

vit? Num illos quoque diabolus deceptit? quomodo igitur vos non decepti? Et vos et illi homines estis, secundum naturam loquor : eadem utrique natura præditi estis, iisdem naturalibus cupiditatibus : quomodo igitur non idem vestrum eorumque studium? Quia non eadem utrisque voluntas : ideo illi decepti sunt, vos non item. Neque ita loquor, ut diabolum e crimine eruam, sed ut vos a peccatis liberos reddam. Malignus est diabolus, id ego fateor; sed sibi ipsi malignus, non nobis, si vigilemus. Talis quippe est malignitatis natura : ea præditis solum est pernicioſa; virtus autem contra non ipsa præditis tantum, sed etiam proximis utilis esse potest. Ut vero discas improbum sibi improbum, bonum autem aliis etiam esse bonum, proverbiale tibi testimonium proferam : *Fili, inquit, si malus sis, solus hauries mala; sin sapiens, et tibi ipsi et proximo eris sapiens* (Prov. 9. 12).

*Contra theatralium spectaculorum sectatores. Voluntas ubique domina.* — Illi decepti sunt in theatris; at vos non decepti estis. Magnum illud ex rebus ipsis argumentum, clara demonstratio et ratiocinatio non dubia, voluntatem ubique dominam esse. Hac tu item argumenti ratione utere : et si videas hominem in nequitia vivere, atque improbitatem omnem sectari, ac deinde providentiam Dei criminari dicereque, eum fortunæ et fati necessitati dæmonumque tyrannidi nostram subjecisse naturam, et undique culpam a se amoliri, atque in creatorem, qui universo huic providet, eam transferre : ejus os obtura, non verbo, sed facto, ostendeque illi alium conservum probe ac temperate viventem. Non opus est longa oratione, non opus concinno apparatu, non syllogismis; sed operibus sit demonstratio. Dic illi : Et tu servus es ut ille, tu homo ut ille : in eodem mundo versaris, sub eodem celo iisdem vesceris cibus : cur tu in nequitia degis, ille in virtute? Ideo permisit Deus malos bonis permixtos esse, nec aliam bonis terram, alium malis orbem dedit; sed hos illis commiscuit, rem utilissimam operatus. Nam boni probatiores apparent, dum in medio hominum, qui eos a recta vivendi ratione avocant et ad malum trahunt, versantur, et tamen virtutem sectantur. *Oportet enim, inquit, hærcses esse in vobis, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis* (1. Cor. 11. 19).

*Cur boni cum malis permixti.* — Ideo igitur malos in medio relinquit, ut boni magis splenderent. Viden' quantum lucrum? Sed non ab improbis lucrum, sed a constantia bonorum. Idcirco Noe admiramur, non quod justus ac perfectus esset tantum, sed quod in generatione illa prava atque perversa virtutem servasset, cum nullum virtutis exemplum haberet, cum omnes eum ad malitiam evocarent : at ipsis contrariam viam tenebat, velut si viator quispiam, magna multitudine eodem itinere cum impetu pergente, contrarium carpat iter. Quapropter non simpliciter dixit, *Noe justus et perfectus*, sed adjecit, *in generatione sua* (Gen. 6. 9), perversa scilicet et desperata, ubi nullum virtutis commercium erat. Itaque ab improbis id bonis lucri accedebat : sic et arbores a contrariis ventis

agitatae robustiores fiunt. Est etiam improbis a bonorum consortio lucrum : verecundantur nempe, pudore afficiuntur et erubescunt ab eis; etiamsi vero a nequitia non abstant, attamen latentius solum audent facinora perpetrare. Nec parum est iniquitatis audaciam tolli : aliorum quippe vita illorum nequitiam criminatur. Audi igitur quid dicatur de justo : *Molestus est nobis vel dum conspicitur* (Sap. 2. 15). Neque id minimum est emendationis initium, cum ejus præsentia torquentur : nisi enim eis molestus esset illius conspectus, non ita loquerentur. Nec modicum illud impedimentum est, quo minus malitia sua libere utantur. Vidisti quantum lucrum bonis per improbos, improbis per bonos accedat? ideo non separavit eos Deus, sed commixtos reliquit.

*2. Cur diabolus relinquatur.* — Idem itaque nobis etiam de diabolo sit sermo. Ideo enim illum hic esse sivit, ut te fortiorem redderet, ut splendidiorum athletam faceret, ut majora forent certamina. Si quis igitur dicat, Cur diabolus reliquit Deus? hæc illi responde. Quia iis qui vigilant et sibi attendunt, non modo nihil nocet, sed etiam utilis est, non arbitrio suo, quod malum esse, et illorum fortitudine, qui ejus malitia ut par est utuntur. Siquidem et cum Jobo confixit, non ut illum clariorem redderet, sed ut supplantaret : ideoque malus est, quod tali sit proposito ac voluntate; attamen nihil justum læsit, sed hic potius lucrum ex tali pugna reportavit, ut jam ostendimus : atque dæmon nequitiam, justus vero fortitudinem exhibuit. At multos supplantat, inquit : ob illorum scilicet infirmitatem, non autem virtute sua, quod jam pluribus demonstratum est. Tuum ergo recte dirige animum, et nunquam ab aliquo detrimentum accipies, imo maxima lucraberis, non a probis modo, sed etiam ab improbis. Idem enim, ut antea dixi, commixtos reliquit Deus homines, maxime bonos cum malis, ut hos ad suam propriam reducant virtutem. Audi quid discipulis dicat Christus : *Simile factum est regnum cælorum mulieri, quæ acceptum fermentum abscondit in farinæ satis tribus* (Matth. 13. 33). Itaque justis vim fermenti habent, ut ad suam conditionem improbos transferant. Sed pauci sunt justi, quia et fermentum parvum est; verum illa paucitas massam non lædit, sed totam farinam pro insita virtute in suam transfert conditionem. Sic justorum quoque virtus non in numero sita est, sed in gratia Spiritus robur totum habet. Duodecim erant apostoli : viden' quam modicum sit fermentum? totus orbis in infidelitate versabatur : viden' quanta massa? sed illi duodecim totum orbem ad se converterunt. Fermentum et massa ejusdem sunt naturæ, sed non ejusdem qualitatis : quamobrem inter justos reliquit improbos, ut quemadmodum hi ejusdem naturæ sunt atque justis, sic ejusdem propositi fierent.

*Homo solus auctor peccati.* — Hæc memoria tenentis, his os obturate ignavis illis, dissolutis, segnioribus, qui virtutis labores refugiunt, qui communem nostrum Dominum incusant. *Peccati, inquit, quiescit* (Gen. 4. 7) : ne adjicias aliud gravius peccatum (*Ec-*

κάκεινους ὁ διάβολος ἠπάτησε ; πῶς οὖν ὑμᾶς οὐκ ἠπάτησεν ; Οἱ αὐτοὶ ἄνθρωποι ὑμεῖς κάκεινοι, κατὰ τὴν φύσιν λέγω· τὴν αὐτὴν ἔχετε ψυχὴν ὑμεῖς κάκεινοι, τὰς αὐτάς ἔχετε ἐπιθυμίας τὰς παρὰ τῆς φύσεως· πῶς οὖν οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς ὑμεῖς κάκεινοι ; Ἐπειδὴ αἱ προαιρέσεις οὐχ αἱ αὐταὶ ὁμῶν κάκεινους· διὰ τοῦτο ἐκείνοι μὲν ἐν ἀπάτῃ, ὑμεῖς δὲ ἐκτὸς τῆς ἀπάτης. Οὐ πάλιν τὸν διάβολον ἀπαλλάττων ἐκκλημάτων ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑμᾶς ἀμαρτημάτων ἐλευθερώσει σπουδάζων. Πονηρὸς ὁ διάβολος, ὁμολογῶ καὶ γὰρ, ἀλλ' ἐαυτῷ πονηρὸς, οὐχ ἡμῖν, ἂν νηφωμεν· τοιαύτη γὰρ τῆς κακίας ἡ φύσις· τοῖς κεκτημένοις ἐστὶν ὀλεθρία μόνους, ἡ δὲ ἀρετὴ τούναντιον· οὐχὶ τοὺς κεκτημένους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλησίον ὠφελεῖν δύναται. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ὁ μὲν κακὸς ἐαυτῷ κακός, ὁ δὲ ἀγαθός, καὶ ἐτέροις ἀγαθός, μαρτυρίαν σοι παρέχω παροιμιώδη. *Τέκνον, φησὶν, ἄν κακὸς γένη, μόνος ἀντλήσεις τὰ κακὰ· ἐὰν δὲ σοφός, ἐαυτῷ καὶ τῷ πλησίον.*

Ἠπατήθησαν ἐν τοῖς θεάτροις, ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ ἠπατήθητε. Μερίστη αὕτη πραγμάτων ἀποδείξεις, ἔλεγχος σαφής καὶ λογισμὸς [268] ἀναμειψθήτης τοῦ πανταχοῦ τὴν προαίρεσιν εἶναι κυρίαν. Τούτῳ δὴ καὶ αὐτὸς κέχρητο τῷ τρόπῳ τῆς ἀποδείξεως· καὶ βῆς ἄνθρωπον ἐν πονηρίᾳ ζῶντα καὶ πᾶσαν κακίαν ἐπιδεικνύμενον, εἴτα αἰτιώμενον τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν καὶ λέγοντα, ὅτι τύχης καὶ εἰμαρμένης ἀνάγκη καὶ δαιμόνων τυραννίδι τὴν ἡμετέραν ἐξέδωκε φύσιν, καὶ πάντοθεν τὴν αἰτίαν ἀφ' ἐαυτοῦ μὲν ἀπάγοντα. ἐπὶ δὲ τὸν δημιουργὸν καὶ τοῦδε τοῦ παντός προνοοῦντα μεταφέροντα, ἀπέφρασον αὐτοῦ τὸ στόμα, μὴ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ, ἐπιδείξας σύνδουλον ἔτερον ἐν ἀρετῇ καὶ ἐπιεικείᾳ ζῶντα. Οὐ χρεῖα λόγων μακρῶν, οὐ χρεῖα κατασκευῆς συμπλεγμένης, οὐδὲ συλλογισμῶν· διὰ τῶν ἔργων ἡ ἀποδείξεις γίνεται· εἰπεὶ πρὸς αὐτόν· Καὶ σὺ δούλος, κάκεινος δούλος· καὶ σὺ ἄνθρωπος, κάκεινος ἄνθρωπος· τὸν αὐτὸν κόσμον οἰκεῖς, ὑπὸ τὸν αὐτὸν οὐρανὸν τὰς αὐτάς τρέφῃ τροφάς· πῶς σὺ μὲν ἐν πονηρίᾳ, ἐκεῖνος δὲ ἐν ἀρετῇ ; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἀφῆκε τοὺς πονηροὺς τοῖς ἀγαθοῖς ἀναμειχθῆναι, καὶ οὐκ ἄλλῃ μὲν τοῖς πονηροῖς ἔδωκε γῆν, εἰς ἑτέραν δὲ τοὺς ἀγαθοὺς οἰκουμένην ἀπέκτισεν, ἀλλὰ ἀνέμιξε τοὺς αὐτοὺς ἐκείνους, πολὺ τὸ χρισμὸν ἐργαζόμενος. Οἱ γὰρ ἀγαθοὶ δοκιμώτεροι φαίνονται, ἐν μέσῳ τῶν κωλύστων αὐτοὺς ὀρθῶς ζῆν καὶ πρὸς κακίαν ἐλατῶντων ὄντες καὶ τῆς ἀρετῆς ἀντιλαμβάνομενοι. Δεῖ γὰρ, φησί, καὶ αἰρέσεις εἶναι ἐν ὑμῖν, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν.

Οὐκοῦν καὶ διὰ τοῦτο τοὺς πονηροὺς ἀφῆκε εἶναι ἐν τῷ μέσῳ, ἵνα οἱ ἀγαθοὶ διαλάμπωσι μᾶλλον. Ὅρξ τὸ κέρδος ὅσον ; Ἄλλ' οὐ παρὰ τῶν πονηρῶν τὸ κέρδος, ἀλλὰ παρὰ τῆς ἀνδρείας τῶν ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Νῦε θαυμάζομεν, οὐχ ὅτι δίκαιος ἦν, οὐδὲ ὅτι τέλειος ἦν μόνον, ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ τῇ διεστραμμένῃ καὶ πονηρᾷ διέσωσε τὴν ἀρετὴν, ὅτε οὐκ εἶχε παράδειγμα ἀρετῆς, ὅτε πάντες πρὸς πονηρίαν αὐτὸν παρεκάλουν· καὶ πᾶσαν ἀπ' ἐναντίας ἦλθεν ἐκείνους, καθάπερ τις ὀδύτης πολλῷ πλήθει βύμη φερομένη τὴν ἐναντίαν ὁδὸν αὐτῶν ὁδόν. Διὰ τοῦτο οὐχ ἄπλως εἶπε, Νῦε δίκαιος, τέλειος, ἀλλὰ προσέθηκεν, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ, ἐν τῇ διεστραμμένῃ, ἐν τῇ ἀπεγνωσμένῃ, ὅτε οὐδὲν ἐμπόρευμα ἦν ἀρετῆς. Τοῖς μὲν οὖν ἀγαθοῖς ἀπὸ τῶν πονηρῶν τοῦτο τὸ κέρδος ἦν· οὕτω γοῦν καὶ δένδρα ὑπὸ ἀνέμων ἐναντίων ῥιπιδόμενα ἰσχυρότερα γίνονται. Ἔστι δὲ

• Reg. ἡ προαιρέσεις οὐχ ἡ αὐτή.

καὶ τοῖς πονηροῖς κέρδος ἀπὸ τῆς ἐπιμιξίας τῶν ἀγαθῶν· αἰδοῦνται, αἰσγύνονται, ἐρυθρῶσιν ἐκείνους, καὶ μὴ ἀποστῶσι τῆς κακίας, ἀλλ' ὁμως μετὰ τοῦ λαυθάνειν τολμῶσιν ἄπερ τολμῶσιν. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο, μὴ ἔχειν πεπαρῆσιασμένην τὴν παρανομίαν· ὁ γὰρ τῶν ἄλλων βίος κατήγορος τῆς τοῦτων κακίας γίνεται. Ἄκουσον γοῦν τί φασὶ περὶ τοῦ δικαίου· *Βαρύς ἐστὶν ἡμῖν καὶ βλεπόμενος.* Οὐ μικρὰ δὲ ἀρχὴ διορθώσεως τὸ δάκνεσθαι αὐτοῦ τῇ παρουσίᾳ· καὶ γὰρ εἰ μὴ ἔδακνεν αὐτοὺς ἡ ὄψις τοῦ δικαίου, οὐκ ἂν τοῦτο ἐφθέγγαντο τὸ ῥῆμα· τὸ δὲ δάκνεσθαι καὶ στύφεσθαι τὸ συνειδῆς ἀπὸ τῆς παρουσίας ἐκείνου, οὐ μικρὸν ἂν εἴη κώλυμα τοῦ μὴ μετὰ ἀδείας τῇ πονηρίᾳ κεχρησθῆναι. Εἶδες πόσον ἐστὶ κέρδος καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀπὸ τῶν πονηρῶν, καὶ τοῖς πονηροῖς ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ; διὰ τοῦτο οὐ διεῖλεν αὐτοὺς ὁ Θεός, ἀλλ' ἀφῆκεν ἀναμειχθῆναι.

[269] β'. Ὁ αὐτὸς τοῖνον ἦρῖν λόγος καὶ περὶ τοῦ διαδόλου. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοῦτον ἀφῆκεν ἐνταῦθα εἶναι, ἵνα σὲ ἰσχυρότερον ἐργάσῃται, ἵνα λαμπρότερον ποιῆσθαι τὸν ἀθλήτην, ἵνα μεῖζον ἢ τὰ ἀγωνίσματα. Ὅταν οὖν λέγῃ τις, διὰ τί τὸν διάβολον ἀφῆκεν ὁ Θεός ; ταῦτα λέγε πρὸς ἐκείνον τὰ ῥήματα· Ὅτι τοὺς νήφοντας καὶ προσέχοντας οὐ μόνον οὐδὲν παρέδραψεν, ἀλλὰ καὶ ὠφέλησεν, οὐ παρὰ τὴν ἐαυτοῦ προαίρεσιν (πονηρὰ γὰρ ἐστὶν), ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐκείνων ἀνδρείαν τῶν τῇ πονηρίᾳ εἰς δόλον χρησαμένων. Ἐπεὶ καὶ τῷ Ἰώβ προσεπλάκη μὲν, οὐ διὰ τοῦτο δὲ, ἵνα αὐτὸν λαμπρότερον ποιῆσθαι, ἀλλ' ἵνα ὑποσκελίσθαι διὰ τοῦτο πονηρὸς, διὰ τὴν τοιαύτην γνώμην καὶ τὴν προαίρεσιν· ἀλλ' ὁμως οὐδὲν παρέδραψε τὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ἀπάντα τοῦ μᾶλλον ἐκείνου ἀπὸ τῆς μάχης, ὅπερ οὐκ ἀπέδειξαμεν· καὶ ὁ δαίμων τὴν πονηρίαν, καὶ ὁ δίκαιος τὴν ἀνδρείαν ἐπέδειξατο. Ἄλλὰ καὶ ὑποσκελίζει πολλοὺς, φησί· παρὰ τὴν αὐτῶν ἀσθένειαν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἰσχύν· καὶ γὰρ τοῦτο ἀπέδειχθη διὰ πολλῶν ἡδῶ. Τὴν αὐτοῦ τοῖνον κατόρθωσον γνώμην, καὶ παρ' οὐδενὸς οὐδέποτε δέξῃ βλάβος, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα κερδανεῖς, οὐχὶ παρὰ τῶν ἀγαθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν πονηρῶν. Διὰ γὰρ τοῦτο, καθάπερ ἐμπροσθεν εἶπον, μετ' ἀλλήλων ἀφῆκεν εἶναι τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεός, καὶ μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς μετὰ τῶν πονηρῶν, ἵνα κάκεινους πρὸς τὴν οἰκείαν μεταγαγάωσιν ἀρετῆν. Ἄκουσον γοῦν τί φησὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστός· *Ὁμοιώθη ἡ βασιλεῖα τῶν οὐρανῶν τυρακί, ἥτις λαβοῦσα ζύμη ἐκρυσῆεν εἰς ἀλείφον σάτα ἐρία.* Ὡστε ζύμης δύναμιν ἔχουσιν οἱ δίκαιοι, ἵνα πρὸς τὴν αὐτῶν ποιότητα τοὺς πονηροὺς μεταστήσωσιν. Ἄλλ' ὀλίγοι οἱ δίκαιοι, καὶ γὰρ καὶ ἡ ζύμη μικρὰ· ἀλλ' οὐδὲν ἡ μικρότης παραβλάπτει τὸ φύραμα, ἀλλ' ἡ σμικρότης ἐκείνη ἕπαν τὸ δαιμον πρὸς ἐαυτὴν μερίστησι διὰ τῆς ἐνοουσίας αὐτῆς δυνάμεως. (Ὡς τὴν δὴ καὶ ἡ δύναμις τῶν δικαίων οὐκ ἐν τῇ ποσότητι τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι τὴν ἰσχύν ἔχει. Δώδεκα ἦσαν οἱ ἀπόστολοι· εἶδες πῶς μικρὰ ἡ ζύμη ; ὅλη ἡ οἰκουμένη ἐν ἀπιστίᾳ ἦν· εἶδες πόσον τὸ φύραμα ; ἀλλ' ἐκείνοι οἱ δώδεκα πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πρὸς ἐαυτοὺς ἐπέστρεψαν. Ἡ ζύμη καὶ τὸ φύραμα τῆς αὐτῆς φύσεως, ἀλλ' οὐ τῆς αὐτῆς ποιότητος· διὰ τοῦτο ἀφῆκε μεταξὺ τῶν δικαίων τοὺς πονηροὺς, ἵν' ὥσπερ τῆς αὐτῆς φύσεως εἰσι τοῖς δικαίοις, οὕτω καὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως γένωνται.

Τούτων μέμνησθε, τούτοις ἐπιτομιζετε τοὺς ῥαθύμους, τοὺς διακεχυμένους, τοὺς ὀνηροτέρους, τοὺς ἀναδυομένους πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους, τοὺς τοῦ κοινῶν Δεσπότης κατηγοροῦντας. *Ἡμαρτες*, φησὶν,

ἡσύχασον, μὴ προσθῆς δευτέραν ἁμαρτίαν χαλεπωτέραν· οὐχ οὕτω χαλεπὸν τὸ ἁμαρτεῖν, ὡς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Δεσπότου κατηγορεῖν. Ἐπίγνωθι τὸν αἴτιον τῆς ἁμαρτίας, καὶ οὐδένα ἄλλον εὐρήσεις, ἢ τὸν ἡμαρτηκότα σέ. Πανταχοῦ προαιρέσεως χρεῖα ἀγαθῆς· εἰδείξα ὑμῖν τοῦτο οὐκ ἀπὸ λογισμῶν ψιλῶν, ἀλλ' ἀπὸ συνδούλων τῶν ἐν αὐτῷ τῷ κόσμῳ ζώντων. Ταύτη καὶ αὐτὸς κέχρηστο τῇ ἀποδείξει· οὕτω καὶ ὁ κοινὸς ἡμᾶς κρινεῖ Δεσπότης· μάθετε τοῦτον τῆς ἀποδείξεως τὸν τρόπον, καὶ οὐδεὶς ὑμᾶς δυνήσεται συλλογισασθαι<sup>a</sup>. Πορνεύει τις; δεῖξον αὐτῷ σωφρονούonta ἑαυτῷ· πλεονεκτεῖ [270] τις καὶ ἀρπάζει; δεῖξον αὐτῷ τὸν ἐλεημοσύνην διδόντα· ἐν βασκινίᾳ ζῆ καὶ φθόνῳ; δεῖξον αὐτῷ τὸν καθαρὸν τοῦ πάθους· ὑπ' ὀργῆς κρατεῖται; τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶντα εἰς μέσον ἀγαγε. Οὐ γὰρ δεῖ μόνον εἰς τὰ παλαιὰ ἀνατρέχειν διηγήματα, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων λαμβάνειν τὰ παραδείγματα· καὶ γὰρ καὶ τήμερον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν οὐκ ἐλάττωσα τῶν προτέρων ἐστὶ τὰ κατορθώματα. Ἄπιστός ἐστι καὶ ψευδεὶς ἡγεῖται τὰς Γραφὰς εἶναι; οὐ πιστεύει, ὅτι ὁ Ἰῶβ τοιοῦτος ἦν; δεῖξον αὐτῷ ἕτερον ἄνθρωπον τὸν ἐκείνου τοῦ δικαίου ἠγλοῦντα τὸν βίον. Οὕτω καὶ ὁ Δεσπότης ἡμᾶς κρινεῖ· συνδούλους ἴστησι μετὰ συνδούλων, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ κρίσεως φέρει τὴν ψῆφον, ἵνα μὴ ἀρξῆται λέγειν τις πάλιν, καθάπερ ἐκεῖνος ὁ οἰκέτης ὁ τὸ τάλαντον πιστευθεὶς, καὶ ἀντὶ τάλαντου κατηγορίαν προσενεγκῶν, Ὅτι σκληρὸς εἶ. Δέον γὰρ στένειν, ὅτι οὐκ ἐδιπλασίασε τὸ τάλαντον, ἀλλὰ καὶ χαλεπωτέραν τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο, τὴν κατηγορίαν τὴν κατὰ τοῦ δεσπότου προσθεὶς τῇ οικεῖᾳ ἀργίᾳ. Τί γὰρ φησιν; *Εἶδόν σε ὅτι σκληρὸς εἶ*. Ὡς ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, καὶ ἀγνωμονῶν, καὶ ὀκνηρῆ· ὀφειλῶν· τῆς σαυτοῦ κατηγορίας ἀργίας καὶ ὑπελέσθαι τῆς προτέρας ἁμαρτίας, σὺ δὲ ἐπὶ τὸν δεσπότην τὴν κατηγορίαν μετενεγκῶν, ἀντὶ τοῦ τάλαντου τὴν ἁμαρτίαν ἐδιπλασίασας.

γ'. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς δούλους καὶ δούλους ἴστησιν, ἵνα οὕτοι ἐκείνους κρίνωσι, κἀκεῖνοι διὰ τούτων κρινόμενοι μὴ ἔχωσι λοιπὸν κατηγορεῖν τοῦ Δεσπότου. Διὰ τοῦτο φησιν· *Ἐρχεται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ*. Ὅρα τὴν δόξην τὸ ἀπαράλλακτον· οὐκ εἶπεν, Ἐπὶ δόξης ἡμοίως τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' *Ἐπὶ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, καὶ συνάξει τὰ ἔθνη πάντα*· φοβερὸν τὸ κριτήριον, φοβερὸν τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ ὑπευθύνουσιν· ἐπεὶ τοῖς συνειδόντες ἑαυτοὺς κατορθώματα ποθεινὸν καὶ προσήγνους· *Καὶ στήσει τὰ πρῶτα α καὶ δεξιῶν, καὶ τὰ ἐριφία ἐξ εὐωνύμων*· καὶ οὕτοι κἀκεῖνοι ἄνθρωποι. Διὰ τί οὖν ἐκεῖνοι μὲν πρῶτα, οὕτοι δὲ ἐριφία; Οὐχ ἵνα τὴν ἐναλλαγὴν τῆς φύσεως, ἀλλ' ἵνα τὴν ἐναλλαγὴν τῆς προαιρέσεως μάθῃς. Διὰ τί δὲ οἱ μὴ διδόντες ἐλεημοσύνην ἐριφία; Ὅτι ἀκαρπὸν ἐστὶ τὸ ζῶον, καὶ οὕτε τὴν ἀπὸ τοῦ γάλακτος λειτουργίαν, οὕτε τὴν ἀπὸ τῶν γεννημάτων, οὕτε τὴν ἀπὸ τῶν τριχῶν εἰσφέρειν δύναται τοῖς κεκτημένοις, πανταχόθεν ἔρημον ὄν τῆς τοιαύτης εἰσφορᾶς· ἢ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον. Διὰ τοῦτο τοὺς οὐδένα καρπὸν ἐλεημοσύνης φέροντας ἐκάλεσον ἐριφία, τοὺς ἐκ δεξιῶν πρῶτα· ἀπὸ γὰρ τούτων πολλὴ ἡ φορὰ, ἐκ τῆς τοῦ ἐρίου φύσεως, ἐκ τῶν γεννημάτων, ἐκ τοῦ γάλακτος. Τί οὖν φησι πρὸς αὐτούς; Πεινῶντά με εἶδατε, καὶ ἐθρέψατε· γυμνὸν, καὶ περιεβάλατε· ἐξόν, καὶ συνήγαγετε. Πάλιν πρὸς ἐκείνους τὰ ἐναντία· αἰτίοι γε οἱ αὐτοὶ ἄνθρωποι καὶ οὕτοι κἀκεῖνοι, τὰς αὐτὰς ἐλα-

δον ἐπαγγελίας καὶ οὕτοι κἀκεῖνοι, τὰ αὐτὰ ἑσπῆλα ἀμφοτέροις προέκειτο κατορθώσασιν, ὁ αὐτὸς καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς ἐκείνους ἤλθε, μετὰ τῆς αὐτῆς γυμνότητος καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς ἐκείνους, μετὰ τῆς αὐτῆς πείνης, καὶ ξένος ὁμοίως· πάντα ἴσα κἀκεῖνους καὶ τοῦτους.

Πῶς οὖν τὸ τέλος οὐκ ἴσον; Ὅτι ἡ προαίρεσις οὐκ ἀφῆκεν· αὕτη γὰρ μόνη τὴν διαίρεσιν [271] ἐποίησατο. Διὰ τοῦτο ἐκεῖνοι μὲν εἰς γέενναν, οὕτοι δὲ εἰς βασιλείαν· εἰ δὲ ὁ διάβολος ἦν αὐτοῖς τῶν ἁμαρτημάτων ὁ αἴτιος, οὐκ ἂν, ἀλλοῦ ἁμαρτάνοντος καὶ ὠθησαντος, οὕτοι ἔμελλον κολάζεσθαι. Εἶδες ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ τοὺς κατορθώσαντας; εἶδες πῶς ἰδόντες τοὺς συνδούλους ἐπεστηρίχθησαν; Φέροι σοὶ καὶ ἐφ' ἕτερον παράδειγμα τὸν λόγον ἀγάγωμεν. Παρθένοι, φησὶν, ἦσαν δέκα. Πάλιν ἐνταῦθα αἱ προαιρέσεις αἱ κατορθώσασαι, πάλιν αἱ διαμαρτούσαι, ἵνα ἐκ παραλλήλου καὶ τούτων τὰ ἁμαρτήματα ἴδῃς, κἀκεῖνων τὰ κατορθώματα· ἢ γὰρ σύγκρισις σαφέστερα ταῦτα ποιεῖ. Καὶ αὐταὶ παρθένοι κἀκεῖναι, καὶ αὐταὶ πέντε κἀκεῖναι· λαμπάδας εἶγον καὶ αὐταὶ κἀκεῖναι· τὸν νυμφίον ἀνέμενον πᾶσαι. Πῶς οὖν αἱ μὲν εἰσῆλθον, αἱ δὲ οὐκ εἰσῆλθον; Ὅτι· αἱ μὲν ἀπάνθρωποι ἦσαν, αἱ δὲ ἡμέριοι καὶ φιλάδελφτοι. Ὅρξῃ πάλιν τὴν προαίρεσιν τοῦ τέλους αἰτίαν γυνομένην, οὐχὶ τὸν διάβολον; εἶδες ἐκ παραλλήλου τὰς κρίσεις, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων φερομένην τὴν ψῆφον; Σύνδουλοι συνδούλους κρινούσι. Βούλει σοὶ δεῖξω καὶ ἐξ ἄνωμοιῶν γυνομένην σύγκρισιν; γίνεται γὰρ καὶ ἐξ ἄνωμοιῶν, ὥστε τὴν κατάχρισιν γενέσθαι σαφεστέραν. *Ἄνδρες Νινευῖται, φησὶν, ἀναστήσονται καὶ κατακρινούσι τὴν γενεάν ταύτην*. Οὐκέτι ὁμοιοὶ οἱ κρινόμενοι· οἱ μὲν γὰρ βάρβαροι, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι· οἱ μὲν προφητικῆς ἀπήλασαν διδασκαλίας, οἱ δὲ οὐδέποτε μετέσχον θείας ἀκροάσεως. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶ τὸ διάφορον, ἀλλ' ὅτι· ἐκεῖ μὲν δούλος ἀπῆλθεν, ἐνταῦθα δὲ ὁ Δεσπότης· κἀκεῖνος μὲν καταστροφὴν ἐκήρυττε παραγενόμενος, οὗτος δὲ βασιλείαν οὐρανῶν εὐηγγελίζετο. Τίνας οὖν εἶδῃ; ἦν πιστεύσαι μᾶλλον, τοὺς βάρβαρους καὶ ἀνοήτους καὶ μηδέποτε μετασχόντας θείας διδασκαλίας, ἢ τοὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας προφητικῆς ἐντραφέοντας βίβλοις; Παντὶ ὄλον, ὅτι τοὺς Ἰουδαίους μᾶλλον· ἀλλὰ γέγονε τὸναντίον. Καὶ οὕτοι μὲν ἠπίστησαν τῷ Δεσπότη βασιλείαν οὐρανῶν κηρύττοντι, ἐκεῖνοι δὲ ἐπίστευσαν τῷ συνδούλῳ καταστροφὴν ἀπειλούντι, ἵνα μαιζόνως κἀκεῖνων ἡ ἐπιείκεια καὶ τούτων ἡ ἀγνημοσύνη φανήσῃται. Μῆ τι δαίμων; μὴ τι διάβολος; μὴ τι τύχη; μὴ τι εἰμαρμένη; οὐχὶ ἕκαστος ἑαυτῷ αἴτιος καὶ τῆς κακίας καὶ τῆς ἀρετῆς ἐγίνετο; Εἰ γὰρ μὴ αὐτοὶ ἔμελλον ὑπεύθυνοι ἐσσεσθαι, οὐκ ἂν εἶπεν, ὅτι *Κατακρινούσι τὴν γενεάν ταύτην*· οὐκ ἂν καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ νότου κατακρίνειν τοὺς Ἰουδαίους ἔφη. Οὐ γὰρ δὴ ἔθνη δῆμους μόνον κατακρινούσι τότε, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄνθρωπος δῆμον ὀλόκληρον πολλάκις, ὅταν οὗς μὲν ἐνεδέχετο μᾶλλον ἀπατηθῆναι, φαίνονται μέναντες ἀνεξαρτήτου, οἱ δὲ ἐκ παντὸς τρόπου περιγενέσθαι ὀφείλοντες, ἠττηθέντες τύχῳσι. Διὰ τοῦτο καὶ τοῦ Ἄδᾶμ καὶ τοῦ Ἰῶβ ἐμνήσθημεν· ἀνάγκη γὰρ πάλιν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐκείνην, ὥστε τὰ λεῖψανα ἀποδοῦναι τῷ λόγῳ. Τῷ μὲν οὖν Ἄδᾶμ διὰ βημάτων προσέβαλε ψιλῶν, τῷ δὲ Ἰῶβ καὶ διὰ πραγμάτων· τὸν μὲν γὰρ τοῦ πλοῦτου παντὸς ἐγύμνωσε καὶ τῶν παιδῶν ἀπεστέρησε· τούτου δὲ οὐ μικρὸν, ὅ μὲν γὰρ τῶν ὄντων ἀφείλετο. Μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὰ τὰ βήματα ἐξετάσωμεν. [272] καὶ τῆς ἐπιβολῆς· τῶν

<sup>a</sup> Reg. συλήσασθαι.

<sup>b</sup> Duc miss. τοιαυτῆς φορᾶς.

<sup>c</sup> Savilius τῆς ἐπιβολῆς. et sic interpr.



eff. 21. 1) : non ita grave est peccare, quam post admissum peccatum Dominum accusare. Agnosce peccati auctorem, nullumque alium reperies, quam te qui peccasti. Ubique bono opus est proposito voluntatis; id autem vobis comprobavi, non solum ratiociniis, sed exemplo conservorum, qui in hoc mundo vivebant. Hac et tu utere demonstratione : sic et communis Dominus nos judicabit : hunc demonstrationis modum discite, et nemo vobis poterit verba dare<sup>1</sup>. Fornicatur quispiam? ostende illi alium continentem agentem. Avarus est alius et rapax? eleemosynam erogantem illi exhibe. In livore et invidia versatur? ab hoc morbo liberum ei ostende. Iracundus est? in medium adduc eum, qui cum philosophia vivit. Non enim veteres solum historias repetere est opus; sed a presentibus exempla sumenda sunt. Nam hodieque per Dei gratiam non minora prioribus sunt præclara opera. Incredulus est, et mendaces putat esse Scripturas? non credit Jobum talem fuisse? ostende illi alium hominem, qui illius justii imitetur vitam. Sic et nos Dominus judicabit : conservos cum conservis constituit, nec suo judicio fert sententiam, ne quis dicat iterum, quemadmodum ille famulus, cui talentum creditum fuerat, et pro talento accusationem retulit : *Quia austerus es (Matth. 25. 24)*. Cum enim ingemiscere oportuisset, quod talentum non duplicasset, gravius admisit peccatum, propriæ segnitiei accusationem contra dominum adjiciens. Quid enim ait? *Sciebam quia austerus es*. O miser, o infelix et ingratus et ignavus cum ignaviam tuam accusare deberes, et sic prius peccatum minuere, tu contra dominum accusationem vertens, loco talenti peccatum duplicasti.

3. Idcirco Dens servos et servos statuit, ut hi illos judicent, et illi ab his judicati, non habeant ultra unde Dominum accusent. Propterea dicit : *Venit Filius hominis in gloria Patris sui (Matth. 16. 27)*. Vide gloriæ æqualitatem : non dixit, In gloria simili gloriæ Patris, sed, *In gloria Patris, et congregabit gentes omnes* : terribile tribunal, terribile peccatoribus et reis : nam sibi consciis de bono opere, desiderabile dulcoque est : *Et constituet oves a dextris, et hædos a sinistris (Matth. 25. 33)* : et hi et illi homines sunt. Cur itaque illi oves, hi hædi? Non ut differentiam naturæ, sed ut voluntatis discrimen ediscas. Cur autem ii, qui eleemosynam non erogarunt, hædi sunt? Quia infructuosus est animal, quod hæque lactis ministerium, neque prolem, neque pilorum utilitatem possit afferre dominis, quia ob præmaturam ætatem talis proventus expers est. Ideo eos qui nullum eleemosynæ fructum ferunt, hædos vocavit; eos autem qui a dextris, oves. Ab illis enim ingens proventus ex lana, ex prole, ex lacte. Quid igitur ait illis : *Esuriëntem me vidistis, et nutrivistis me; nudum, et induistis; hospitem, et collegistis (Matth. 25. 35)*. Rursum ad illos contraria : et quidem tam illi quam hi homines erant, eadem utrique acceperant promissiones, eadem utrisque bene operantibus præmia proposita : idem ipse pro his et pro illis venit, eadem cum nuditate ad utrosque,

<sup>1</sup> Reg., vos capere, pro, vobis verba dare.

eandem fame, hospes itidem : omnia sunt et his et illis æqualia.

*Ex voluntatis proposito boni vel mali sumus.*—Cur ergo finis non similis? Quia id voluntatis propositum non permisit : illud enim solum distinctionem illam fecit. Illius causa illi in gehennam, hi in regnum, pergunt : quod si diabolus ipsis auctor peccatorum esset, non utique, alio peccante et ad peccatum impellente, hi supplicio afflicti erant. Viden' hic et qui peccaverunt et qui bene egerunt? viden' quomodo conservos videntes, obmutuerunt? Age ad aliud exemplum sermonem transferamus. Virgines, inquit, decem erant (*Matth. 25*). Sic rursus voluntates sunt quæ bene operantur, et quæ delinquant, ut ex opposito et harum peccata videas, et illarum bona opera : comparatio enim hæc clare exhibet. Et hæc et illæ virgines, et hæc et illæ quæ inque; lampadas utraq; habebant, omnes sponsum expectabant. Cur alie ingressæ, alie non ingressæ sunt? Quia illæ quidem inhumanæ erant, hæc vero mansuetæ et humanæ. Viden' rursus voluntatis propositum causam fuisse finis, non autem diabolum? vides ex opposito judicia, et ex similibus calculos ferri? Conservi conservos judicabunt. Visne tibi ostendam etiam ex dissimilibus fieri comparationem? fit enim et ex dissimilibus, ut condemnatio sit clarior. *Viri Ninivitæ, inquit, surgent et condemnabunt generationem hanc (Matth. 12. 41)*. Non ultra similes sunt iide quibus iudicium fertur : nam alii barbari sunt, alii Judæi : hi propheticam doctrinam assequuti erant, alii numquam de divinis audierant. Neque hoc tantum interest discriminis, sed quod ad illos servus, ad hos Dominus venerit : et ille quidem futuram subversionem prænuntiabat, hic vero regnum cælorum prædicabat. Quos ergo credituros esse verisimilius erat, barbarosne illos, insipientes, qui numquam divinæ doctrinæ participes fuerant, an eos qui a teneris in propheticiis libris educati fuerant? Nemini non videtur Judæos potius credituros; sed contrarium accidit. Illi quidem non crediderunt Domino regnum cælorum prædicanti, illi vero crediderunt conservo subversionem comminanti, ut clarius et eorum æquitas, et horum improbitas appareret. Numquid dæmon? numquid diabolus? numquid fortuna? numquid fatum? numquid sibi quisque causa fuit tum nequitiae, tum virtutis? Nisi enim illi rei futuri essent, nequaquam dixisset : *Condemnabunt generationem hanc* : nequaquam dixisset reginam Austri condemnaturam Judæos esse. Non solum enim populi populus, sed unus homo sæpe integrum populum condemnat : quando ii, qui facile decipi posse videbantur, non decepti fuisse deprehenduntur, et qui omni modo vincere debebant, tamen superantur. Ideo Adami et Jobi mentionem fecimus : jam enim ad illud argumentum redire necesse est, ut quod reliquum est expediamus. Adamum igitur nudis tantum verbis, Jobum factis aggressus est : hunc enim omnibus divitiis spoliavit filiisque orbavit, illi nec minimum nec magnum quidpiam abstulit. Quia potius ipsa verba perpendamus, et insidiarum modum. *Accessit, inquit, serpens, et dixit mulieri : Cur dixit vobis*

*Deus, Non comedetis ex omni ligno, quod est in paradiso (Gen. 3. 1)?* Illic serpens, illic uxor Jobo insidiatur: hic multum interest inter consiliarios discriminis. Nam ille quidem servus, hæc vitæ particeps: hæc auxiliatrix, ille vero subditus erat. Viden' quam nullus sit veniæ locus? illam enim subditus ac servus devicit: illum nequidem consors et auxiliatrix vincere potuit. At videamus quid dicat: *Cur dixit vobis Deus, Non comedetis ex omni ligno?* Atqui non id Deus dixerat, sed prorsus contrarium. Considera itaque vafritiem diaboli: dixit quod non dictum fuerat, ut edisceret quod dictum fuerat. Quid igitur mulier? cum oportuisset illi os obturare, vel non respondere, stulte dominicam sententiam aperuit: hincque illi magnam præhuit ansam.

4. Vide quantum malum sit sese temere inimicis et insidiatoribus tradere: ideo Christus dicebat: *Nolite dare sancta canibus, neque projiciatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conversi dirumpant vos (Matth. 7. 6).* Hoc autem Evæ contigit: dedit sancta cani, et porco; ille verba conculcavit, et conversus feminam dirupit. Animadvertite autem quam vafre loquatur: *Non morte moriemini (Gen. 3. 4),* inquit. Illic vero animam advertite: potuit mulier fraudem intelligere: statim enim inimicitiam et bellum adversus Deum denuntiavit, statim ei contradixit. Esto, prius Dei sententiam ediscere volenti dicebas; at ipsum contraria postea dicentem cur sequebaris? Dixerat Deus, *Morte moriemini*: his contradixit ille his verbis, *Nequaquam morte moriemini*. Quid hoc bello clarius? undenam poterat melius cognosci inimicus et hostis, quam quod contraria Deo loqueretur? Confestim ergo decipulam hanc confugere par fuit, a laqueo resilire oportuit. *Nequaquam morte moriemini, inquit: scit quippe Deus, quod qua die comederitis, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii.* Spe majoris promissi etiam bona, quæ in manibus erant, perdidit: promiserat ille se deos effecturum, et in mortis tyrannidem coniecit. Unde ergo, mulier, diabolo fidem habuisti? quid boni perspiciebas? annon sat tibi erat auctoritas legislatoris, quodque Deus creator et opifex esset, ille vero diabolus et inimicus? Necdum diabolum dixerim, serpentem enim tantum esse putabas: serpentemne tantum facere oportuit, ut Dominicam ipsisententiam denuntiaries? Vides potuisse fraudem videre; at noluit ipsa. Atqui Deus jam multa beneficentiæ suæ argumenta dederat, operibusque providentiam curamque suam demonstraverat. Namque hominem, qui antea non erat, efformavit, animam ipsi inspiravit, ad imaginem suam illum fecit, principem omnium, quæ in terra essent, constituit, adjutricem dedit, paradisum plantavit, et usu cæterorum lignorum concessio, unum tantum ne attingerent vetuit: quod ipsum ad ipsorum utilitatem prohibuit. Diabolus vero neque minimum, neque magnum quidpiam boni opere præstitit; sed nudis tantum verbis mulieris animum extollens, vanaque spe inflans, ita decepit. Quæ tamen diabolum Deo fide digniorem existimavit, etsi Deus operibus benevolentiam suam demonstrasset: ei, qui nuda verba nihilque præ-

terea obtulit, fidem habuit mulier. Viden' ex stultitia tantum et ignavia, non autem v. fraudem profectam esse? Utque clarius ediscas, audi quomodo Scriptura mulierem accuset. Non enim dixit, *Decepta, sed, Conspicata lignum, quod pulchrum esset, comedit.* Itaque crimen illud intemperantis aspectus erat, non fallaciæ diabolicæ tantum: a propria namque concupiscentia, non a dæmonis malitia superata est. Ideo veniam non est consequuta, sed cum dixisset, *Serpens decepit me,* extremas tamen pœnas luit: penes illam enim erat non cadere. Quod ut clarius evadat, age ad Jobum sermonem convertamus, a victis ad victorem, a superatis ad superantem: ille namque majores nobis animos faciet, ut manus cum diabolo conseramus. Illic serpens erat, qui decipiebat, et vicit; hic mulier, quæ non prævaluit, tametsi ad persuadendum aptior, quam ille. Ac Jobo quidem post pecuniarum jacturam, filiorum amissionem, necnon bonorum omnium, machina admovebatur; illic vero nihil erat ejusmodi: filios non amiserat nec pecunias Adami, neque in fimo sedebat, sed in paradiso voluptatis habitabat, et omnis generis lignorum copia fruebatur, fonte item, fluviiis, aliisque omnibus commodis: nusquam labor, non tristitia, non mœror, non contumeliæ et convicia, neque innumera illa mala, quæ Jobo immissa sunt; attamen cum nihil adesset hujusmodi, lapsus et supplantatus est. Annon liquet id ex ignavia accidisse? Eodem modo cum ille iis omnibus instantibus et prementibus, fortiter stetit, annon planum est id ex animi vigilantia ortum esse?

5. *Jobi patientia omnibus consolatio.* — Utr'neque igitur, carissime, magnum lucrum decerpere possis: Adamum imiteris cave, gnarus quanta ex seguitie mala oriantur: Jobi pietatem imitare, cum didiceris quanta ex diligentia bona nascentur: hunc semper tecum reputa victorem coronatum, atque in quovis dolore et calanitate magnam habebis consolationem. Quemadmodum enim in communi orbis theatro constitutus beatus ac generosus ille, omnes per ærumnas suas hortatur, ut quæ accident omnia fortiter ferant, neque calamitatibus ingruentibus cedant. Non est ullum, non est, inquam, ullum mali genus, in quo non possimus inde consolationem mutuari. Omnes quippe in toto sparse orbe ærumnæ in hoc unum corpus congestæ sunt. Quæ igitur venia ei, qui non potest vel partem quamdam eorum, quæ ipsi inflictæ sunt, cum gratiarum actione ferre, cum ille non partem solum, sed universa hominum mala pertulisse videatur? Ac ne me ut nimia dicentem dâmes, age singulas ærumnas pertractantes, dictis fidem faciamus. Et si placet, quod omnium maxime intolerabile videtur, in medium adducamus, paupertatem, inquam, et dolorem inde natum: id enim homines ubique deplorant. Quid ergo Jobo pauperius fuit, qui etiam iis, qui in balneis abjecti sunt, vel in cinere camini cubant, et omnibus prorsus hominibus pauperior erat? Hi enim vestem saltem scissam habent, ille vero nudus sedebat, et quod solum a natura vestimentum habebat, carnis

τρόπον. Προσηλθε, φησίν, ὁ ὄφρις, καὶ εἶπε τῇ γυναίκα· *Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεός, Οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντός ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ*; Ἐνταῦθα ἤρις, ἐκεῖ γυνὴ ἐπὶ τοῦ Ἰώβ· τίς πολλῶν τῶν συμβούλων τὸ μέσον. Ἦ μὲν γὰρ δοῦλος, ἡ δὲ κοινῶνς τοῦ βίου· ἡ μὲν βοηθός, ὁ δὲ ὑπετέτακτο. Εἶδες τὸ ἀσύγγνωστον ὄσον; τὴν μὲν γὰρ ὁ ὑποταταγμένος καὶ δουλεύων ἠπάτησεν, ἐκείνῳ δὲ οὐδὲ ἡ κοινῶνς καὶ βοηθός ὑποσκελίσαι ἴσχυσεν. Ἄλλ' ἰδῶμεν καὶ τί φησι· *Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεός, Οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντός ξύλου*; Καὶ μὴν οὐκ εἶπεν ὁ Θεός τοῦτο, ἀλλὰ τὸ ἔναντιον. Ὅρα οὐκ αὐκοοῦσαν τοῦ διαβόλου· εἶπε τὸ μὴ εἰρημένον, ἵνα μάθῃ τὸ εἰρημένον. Τί οὖν ἡ γυνή; Δέον ἐπιστομίσαι, δέον μὴ μεταδοῦναι λόγου, ὑπὸ ἀνοίας ἐξελάλησε τὴν γνώμην τὴν Δεσποτικὴν· διὰ τοῦτο παρέσχεν αὐτῷ λαβὴν ἰσχυράν.

δ. Ὅρα ὄσον κακὸν ἐστὶ τὸ ἀπλῶς τοῖς ἔθροισι καὶ τοῖς ἐπιβούλοις ἑαυτοῦς ἐγγερίζειν. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς εἶλεγε· *Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἐμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς*. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τῆς ἑβίας· ἔδωκε τὰ ἅγια τῷ κυνὶ, τῷ χοίρῳ· κατεπάτησεν ἐκείνους τὰ ῥήματα, στραφεῖς ἔρῃσε τὴν γυναῖκα. Καὶ ὄρα πῶς κακοοργεῖ· *Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, φησὶ*. Ἐνταῦθα μοι προσέχετε, ὅτι δυνατὴ ἦν ἡ γυνὴ ἁ συνιδεῖν τὴν ἀπάτην. Εὐθέως γὰρ τὴν ἔχθραν καὶ τὸν πόλεμον προσκήρυττε τὸν πρὸς τὸν Θεόν, εὐθέως ἀπεναντίας ἐφθέγγετο. Ἔστω πρὸς τοῦτο βουλομένη μαθεῖν τὴν γνώμην ἑλεγε· μετὰ ταῦτα ἐναντία εἰπόντι τί ἠκολούθει; Εἶπεν ὁ Θεός· *Θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*· ἀντεφθέγγετο τοῦτος ἐκείνος, καὶ εἶπεν· *Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*. Τί τοῦ πολέμου τοῦτου σαφέστερον; πῶθεν ἄλλοθεν ἔδει μαθεῖν τὸν ἔχθρον καὶ πολέμιον, ἀλλ' ἡ ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ ἀντιφθέγγεσθαι τῷ Θεῷ; Ἔδει τοίνυν φυγεῖν εὐθέως τὸ δόλεον, ἔδει τῆς παγίδος ἀποπηδήσαι. *Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, φησὶ*· ἦδει γὰρ ὁ Θεός, ὅτι ἦν ἡμέρα φάγητε, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοί. Ἐλπιδί μείζονος ὑποσχέσεως καὶ τὰ ἐν χειρὶν ἐξέβαλεν ἀγαθὰ· ἐπηγγεῖλατο ποιήσιν θεοὺς καὶ κατέβαλεν εἰς τὴν τοῦ θανάτου τυραννίδα. Πῶθεν οὖν ἐπίσταντος, ὡ γύναι, τῷ διαβόλῳ; τί συνείδες ἀγαθόν; οὐκ ἤρκει ἡ ἀξιοπιστία τοῦ νομοθέτου, ὅτι ὁ μὲν Θεός καὶ δημιουργὸς καὶ ποιητής, ὁ δὲ διάβολος καὶ ἐχθρός; Καὶ οὐπω λέγω διάβολον· ὄφιν αὐτὸν ἐνόμισες εἶναι ψιλόν· ὄφιν οὖν, εἰπέ μοι, τοσαύτης ἰσχυρίας ἀξιώσας ἐχρῆν, ὡς καὶ Δεσποτικὴν γνώμην ἐξαγγεῖλαι αὐτῷ; Ὅρξος ὅτι δυνατὸν ἦν συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴ. Καίτοι ὁ μὲν Θεός ἰκανὸς ἔδωκε τῆς εὐεργεσίας τῆς ἑαυτοῦ τὰς ἀποδείξεις, καὶ διὰ τῶν ἔργων τὴν κηδεμονίαν ἐπεδείξατο· καὶ γὰρ οὐκ ἦν τὸν ἀνθρωπῶν ἐπλασε, καὶ ψυχὴν ἐκπέπνευσε, καὶ κατ' εἰκόνα αὐτὸν ἐποίησεν, ἄρχοντα τῶν ἐπὶ γῆς ποίησας ἀπάντων, καὶ βοηθὸν ἐχρησάτο, καὶ παράδεισον ἐφύτευσε, καὶ τὴν χρῆσιν τῶν λοιπῶν ἐπιτρέψας δένδρων, ἐνὸς ἀπηγόρευσε μὴ ἔφασθαι [273] μόνου· καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ χρησίμως ἐκώλυσε. Ὁ δὲ διάβολος ἔργῳ μὲν οὐτε μικρὸν, οὐτε μέγα ἐπέδειξατο ἀγαθὸν, ῥήματα δὲ φιλοῖς ἐπάρας τῇ γυναίκα, καὶ φουστῆσας ταῖς ματαίαις ἐλπίσιν, οὕτως ἠπάτησεν. Ἄλλ' ὁμως τοῦ Θεοῦ τὸν διάβολον ἀξιοπιστότερον εἶναι ἐνόμισε, καίτοι διὰ τῶν ἔργων

ἐπιδειξαμένον τὴν εὐνοίαν· τὰ ῥήματα ψιλὰ πρὸς ἑνεγκόντι μόνον, ἄλλο δὲ οὐδὲν, ἐπίστευσεν ἡ γυνή. Ὅρξος ὅπως ἐξ ἀνοίας μόνης καὶ βιθυμίας, οὐκ ἀπὸ βίας ἡ ἀπάτη γέγονε; Καὶ ἵνα μάθῃς αὐτὸ σαφέστερον, ἀκουσον, πῶς καὶ ἡ Γραφὴ καταγορεύει τῆς γυναικός. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἄπατηθεῖσα, ἀλλ', Ἰδοῦσα τὸ ξύλον, ὅτι ὠραῖόν ἐστιν, ἔφαγεν. Ὅστε τῆς ἔβρωσ τῆς ἀκρατοῦς τὸ ἐγκλήμα, οὐ τῆς ἀπάτης τῆς καρὰ τοῦ διαβόλου μόνης· ὑπὸ γὰρ τῆς ἐπιθυμίας ἠτήθη τῆς οἰκείας, οὐχ ὑπὸ τῆς πονηρίας τοῦ δαίμονος. Διὰ τοῦτο οὐδὲ συγγνώμης ἀπήλαυσε, ἀλλ' εἰπούσα, ὅτι Ὅφρις ἠπάτησέ με, καὶ οὕτω δίκην ἔδωκε τῇ ἐσχάτῃ· ἐν αὐτῇ γὰρ ἦν τὸ μὴ πετεῖν. Καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο σαφέστερον, φέρε ἐπὶ τὸν Ἰώβ τὸν λόγον ἀγάγωμεν, ἀπὸ τῶν ἠτηθέντων ἐπὶ τὸν κρατήσαντα, ἀπὸ τῶν νενικημένων ἐπὶ τὸν νενικηχότα· καὶ γὰρ πλείονα ἡμῖν οὕτως δίδουσι προθυμίαν, ὥστε ἀντάραι χεῖρας κατὰ τοῦ διαβόλου. Ἐκεῖ ἄρις ἦν ὁ ἀπείτων, καὶ ἐκράτησεν· ἐνταῦθα γυνὴ, καὶ οὐκ ἴσχυσε· καίτοι γε αὐτὴ πολλῷ πιθωνώτερα ἐκείνου. Καὶ τῷ μὲν Ἰώβ μετὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν χρημάτων, μετὰ τὴν ἀποβολὴν τῶν παιδῶν καὶ τὴν γύμνωσιν τῶν ὄντων ἀπάντων ἡ μηχανὴ προσήγετο· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἦν· οὐκ ἀπέβαλε παῖδας, οὐκ ἀπώλεσε χρήματα ὁ Ἄδμ. οὐκ ἐπὶ κοπρίας ἐκάθητο, ἀλλὰ παράδεισον ἔφυκε τρυφῆς, καὶ δένδρων ἀπήλαυσε παντοδαπῶν καὶ πηγῆς καὶ ποταμῶν καὶ τῆς ἄλλης ἀδείας ἀπάτης. Οὐδαμῶν πόνος οὐδὲ ὀδύνη, οὐδὲ ἀθυμία καὶ φροντίδες, οὐδὲ ὄνειδος καὶ λοιδορία, οὐδὲ τὰ μυρία κακὰ, ἀπεκατέσκηψεν εἰς τὸν Ἰώβ· ἀλλ' ὁμως οὐδενὸς ὄντος τοιοῦτου, κατέπεσε καὶ ὑπεσκελίσθη. Οὐκ εὐδηλον, ὅτι διὰ βιθυμίαν; Ὅστε οὖν ἐκείνος πάντων τούτων ἐπικειμένων καὶ βαρύντων ἔστη γενναίως, καὶ οὐ κατέπεσε, οὐκ εὐδηλον ὅτι καὶ οὗτος διὰ νῆψιν ψυχῆς;

ε'. Ἐκατέρωθεν οὖν, ἀγαπήσει, κάρπωσαι μέγιστον κέρδος, καὶ φύγε τὸν τοῦ Ἄδμ ζῆλον, εἰδὼς ὅσα ἀπὸ τῆς βιθυμίας τίκτεται κακὰ· ζήλωτον δὲ τὴν τοῦ Ἰώβ εὐλάβειαν, μαθὼν ὅσα ἀπὸ τῆς σπουδῆς βλαστάνει καλὰ· τοῦτον διαπαντός λογίζου τὸν στεφανίτην, καὶ πάσης ὀδύνης καὶ περιστάσεως ἰκανὴν ἕξεις παραμυθίαν. Καθάπερ γὰρ ἐν κοινῷ θεάτρῳ τῆς οἰκουμένης ἔστω ὁ μακάριος καὶ γενναῖος ἐκείνος, ἅπανι δὲ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ παθῶν διαλέγεται πάντα φέρειν τὰ συμπίπτοντα γενναίως, καὶ πρὸς μηδὲν ἐνδιδόναι πῶν ἐπιόντων δεινῶν. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀνθρώπινον πάθος, ὃ μὴ δύναται παραμυθίαν ἐκείθεν δέξασθαι· ἃ γὰρ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ διέσπαρται πάθη, ταῦτα ὁμοῦ συνελθόντα εἰς ἓν σῆμα κατέσκηψε τὸ ἐκείνου. Τίς οὖν ἔσται συγγνώμη τῷ μὴ δυναμένῳ τι μέρος τῶν ἐπαχθέντων ἐκείνῳ δεινῶν μετ' εὐχαριστίας [274] ἐνεγκεῖν, ὅς μὴ μέρος μόνον, ἀλλ' ὀλόκληρον φαίνεται τὰ πάντων ἀνθρώπων φέρων κακὰ; Καὶ ἵνα μὴ καταγρυφῶς υπερβολῆν τοῦ λόγου, φέρε καὶ ἕκα ἵνα προχρησιμάμενον τῶν ἐπειθόντων αὐτῷ, τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην ἐπάγωμεν. Καὶ, εἰ βούλει, τὸ πάντων ἀφορητότερον εἶναι δοκοῦν, πρῶτον εἰς μέσον ἀγάγωμεν, τὴν πενίαν λέγω, καὶ τὴν ἐκ ταύτης ὀδύνην· τοῦτο γὰρ πανταχοῦ πάντες ἀνθρώποι ὀρηνοῦν. Τί οὖν τοῦ Ἰώβ πενέστερον ἢ γέγονεν, ὅς καὶ τῶν ἐν βαλανίοις ἐρρίμενων, καὶ τῶν ἐν τῇ χαμαιναίᾳ τέφρᾳ καθευδόντων, καὶ πάντων ἀπλῶς ἀνθρώπων πενέστερος ἦν; Οὗτοι μὲν γὰρ κἂν ἱμάτιον ἔχουσι διεβ-

\* Reg. ὅτι δυνατὸν ἦν τῇ γυναίκα.

h Duo mss. τίς οὖν Ἰώβ πενέστερος.

ρωγός, ἐκεῖνος δὲ γυμνός ἐκάθητο, καὶ ὁ μόνον ἱμάτιον εἶχε παρὰ τῆς φύσεως, τῆς σαρκὸς τὴν περιβολὴν, χαλεπῆ τῆ πεδὸν καὶ τοῦτο πανταχόθεν διέφθειρεν ὁ διάβολος. Πάλιν οὗτοι οἱ πένητες κἂν ὑπὸ στέγην εἰσὶ προπυλαίων τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις, κἂν καλύβη καλύπτωνται· ἐκεῖνος δὲ αἰθριος διανυκτερεύων ἀεὶ διετέλει, οὐδὲ τὴν ἀπὸ ψιλῆς στέγης παραμυθίαν ἔχων· καὶ τὸ δὴ μείζον, ὅτι οὗτοι μὲν πολλὰ ἑαυτοῖς συνίστασι τὰ δεινὰ, ἐκεῖνος δὲ οὐδὲν ἑαυτῷ συνήδει. Τοῦτο γὰρ καθ' ἕκαστον τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ παρατηρούμενον, ὃ μείζονα αὐτοῦ τὴν ὀδύνην ἔποιε, καὶ πλείονα τὴν ἀπορίαν ἐργάζετο, τὸ μὴδὲ τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων εἰδέναι. Οὗτοι μὲν οὖν, ὅπερ ἔφη, πολλὰ ἂν ἔχοιεν ἑαυτοῦς αἰτιάζομαι· οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς παραμυθίαν συμφορᾶς, τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ δικαίως τιμωρουμένῳ· ἐκεῖνος δὲ καὶ ταύτης ἀπεστέρητο τῆς παραμυθίας, καὶ πολιτεῖαν ἐπιδειξάμενος ἀρετῆς γέμουσαν, τὰ τῶν ἐσχάτα τετολημκότων ὑπέμεινε. Καὶ οὗτοι μὲν οἱ παρ' ἡμῖν πένητες ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐνεμελέτησαν τῇ συμφορᾷ· ἐκεῖνος δὲ ἀμελέτητον ὑπέμεινε πενίαν, ἀθρόον δεξάμενος τὴν ἐκ τοῦ πλοῦτου μεταβολήν. Ὡς περ οὖν τὸ τὴν αἰτίαν εἰδέναι τὴν γινομένην, μέγιστον εἰς παραμυθίαν, οὕτως οὐκ ἔλαττον ἐκείνου, τὸ μελετήσαντα πενίαν ἐξ ἀρχῆς, οὕτως ἐν πενίᾳ διάγειν· ὧν ἀμφοτέρων ὁ δίκαιος ἐκεῖνος ἐστέρητο, καὶ οὐδὲ οὕτω κατέπιπτεν. Εἶδες αὐτὸν καὶ πρὸς ἐσχάτην ἐλθόντα πενίαν, καὶ μεθ' ἣν ἑτέραν οὐκ ἔστιν εὐρεῖν; τί γὰρ ἂν τοῦ γυμνοῦ, καὶ μὴδὲ στέγην ἔχοντος πενέτερον γένοιτ' ἄν; Μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐδάφους πάντως ἀπολαύειν κύριος ἦν· οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο. Οὐκοῦν ὅταν ἰῆς σαυτὸν ἐν πενίᾳ γενόμενον, ἐνόησον τοῦ δικαίου τὸ πάθος, καὶ εὐθέως ἀναστήσῃ, καὶ πάντα ἀποκρούσῃ λογισμῶν ἀθυμίας. Μία μὲν οὖν αὕτη συμφορὰ πάντων ὁμοῦ τῶν δεινῶν ὑπόθεσις εἶναι· δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις· δευτέρα δὲ μετ' ἐκείνων, μᾶλλον δὲ πρὸς ἐκείνης, ἡ τοῦ σώματος πληγὴ. Τίς οὖν οὕτως ἠρώσθησέ ποτε; τίς τοιαύτην νόσον ὑπέμεινε; τίς τοσαύτην πληγὴν ἐδέξατο, ἢ ἕτερον δεξάμενον εἶδεν; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς. Κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὸ σῶμα εδαπανᾶτο, καὶ πηγῆ σκολιῶν αὐτῷ πάντοθεν ἔβρουεν ἀπὸ τῶν μελῶν, καὶ διηνεκῆς ἦν αὐτῇ ἡ ἐπιβρόχῃ, καὶ πολλὴ πανταχόθεν ἡ δυσωδία, καὶ τὸ σῶμα κατὰ μικρὸν ἀναίρουμένον καὶ τοιαύτη σηπεδόνι τηκόμενον ἀηδῆ τὰ στίβια ἔποιε, καὶ λιμὸς ἦν αὐτῷ ξένος καὶ παράδοξος· οὐδὲ γὰρ δεδομένης ἠδύνατο τῆς τροφῆς ἀπολαύειν· Βρόμοι γὰρ, φησὶ, ἴρω τὰ στίβια μου. Ὅταν οὖν ἀβρώστια περιπέσης, ἀνθρώπε, ἀναμνήσθητι τοῦ σώματος ἐκείνου, καὶ τῆς [275] σαρκὸς τῆς ἁγίας· ἁγία γὰρ ἦν καὶ καθαρὰ, καὶ τοιαῦτα ἔχουσα τραύματα. Κἂν ἐν στρατείᾳ δὲ τις τελεῖ, εἰτα ἀδίκως καὶ χωρὶς εὐλόγου τινὸς προφάσεως ἀναρτηθεὶς ἐν τῷ ξυλῷ διαξαινήται τὰς πλευρὰς, μήτε ὄνειδος εἶναι νομίζεται τὸ πρᾶγμα, μήτε πρὸς τὴν ὀδύνην ἐνδιδῶν, τὸν ἅγιον τοῦτον ἐνοῶν. Ἄλλ' ἵκανῆν εἶχεν οὗτος παράκλησιν καὶ παραμυθίαν, φησὶ, πῶ εἰδέναι τὸν Θεὸν αὐτῷ ταῦτα ἐπάγοντα. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸν μάλιστα ἐτάραττε καὶ ἐθορούθει, ὅτι τὸν δίκαιον Θεόν, καὶ παντὶ τρόπῳ παρ' αὐτοῦ θεραπευθέντα, τοῦτον ἐνόμιζεν αὐτῷ πολεμεῖν. Καὶ πρόσθεν τινα εὐλογον εὐρεῖν τῶν γινομένων οὐκ εἶχεν· ἐπεὶ, ὅτε γε ἔμαθεν ὑστερον τὴν αἰτίαν, ὅρα πόσῃν εὐλά-

θειαν ἐπεδείξατο· ὅτε γὰρ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· Ἄλλω με οἶσι σοὶ κεχρηματιάσει, ἢ ἴνα δίκαιος ἀναστανῆς; καταπλαγεὶς, φησὶ· Χεῖρα θῆσω ἐπὶ στόματ' μου· ἅπαξ ἐλάλησα, ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ οὐ προσθήσω. Καὶ πάλιν, Ἔως μὲν ὡτὸς ἀκοῆς ἤκουόν σε τὸ πρότερον· νυνὶ δὲ ὁ ὀφθαλμὸς μου ἑώρακέν σε· διὸ ἐφυλόμισα ἔμμετόν, καὶ ἐτάκη· ἤγημαι δὲ ἔμμετόν τῆν καὶ σποδόν.

ς'. Εἰ δὲ ἀρκεῖν τοῦτο εἰς παράκλησιν νομίζεις, δυνήσῃ δὲ καὶ αὐτὸς ταύτην τὴν παραμυθίαν ἔχειν. Κἂν γὰρ μὴ διὰ τὸν Θεὸν πάθῃς τι τῶν δεινῶν, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων ἐπηρείαις, εὐχαριστήσης; ἢ, καὶ μὴ βλασφημήσῃς; τὸν δυναμένον κωλύσαι μὲν, ἀπέμνητα δὲ τῆς σῆς ἔνεκεν δοκιμῆς, ὡς περ οἱ διὰ τὸν Θεὸν παθόντες στεφανοῦνται, οὕτω καὶ σὺ τῶν αὐτῶν ἐπιτεύξῃ μισθῶν, ὅτι τὰς παρὰ ἀνθρώπων ἐπαχθείσας σοὶ συμφορὰς γενναίως ἤνεγκας, καὶ τῷ δυναμένῳ αὐτάς κωλύσαι μὲν, ἢ βουληθέντι δὲ, ἠγχαριστήσας. Ἰδοὺ τοῖνον καὶ πενίαν καὶ νόσον, καὶ ἀμφοτέρω μετὰ τῆς ἐσχάτης ὑπερβολῆς εἶδες ἐπενεχθέντα τῷ δικαίῳ. Βούλει σοὶ καὶ τὸν πρὸς τῆς φύσεως πόλεμον ἐπιδείξω μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς τῷ γενναίῳ τότε ἐπιθέμενον ἐκείνῳ; Δέκα τέκνα ἀπώλεσε, τὰ δέκα ἄθροον, τὰ δέκα ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς φιλίας, τὰ δέκα πολλὴν ἀρετὴν ἐπιδειξιμένα, καὶ οὐδὲ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ, ἀλλὰ βίαιῳ θανάτῳ καὶ ἔλεινῳ. Τίς ἂν ἔχοι τοιαύτην συμφορὰν εἰπεῖν; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς. Ὅταν οὖν ἀποβάλλῃς υἱὸν καὶ θυγατέρα ὁμοῦ, ἀνάδραμε πρὸς τὸν δίκαιον ἐκείνον, καὶ πᾶντως εὐρήσεις πολλὴν σαυτῷ τὴν παραμυθίαν. Ἄρα οὖν ταῦτα μόνω αὐτῷ συνέβη τὰ δεινὰ; Ἥ ἢ τῶν φίλων ἐγκατάλειψις καὶ προδοσία, τὰ δὲ σκώμματα καὶ αἱ λοιδορίαι, ἢ δὲ χλευασία καὶ ὁ γέλως· τὸ δὲ ὑπὸ πάντων διασφύρασαι τι ἀφόρητον ἦν. Οὐ γὰρ οὕτως ἡ τῶν συμφορῶν φύσις, ὡς αἱ παρὰ τὰς συμφορὰς ἡμῖν ὄνειδίζοντες δάκνειν ἡμῶν εὐώθιας τὴν ψυχὴν. Οὐ μόνον ὁ παρακαλῶν οὐκ ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ πολλαχόθεν ἐπέκειντο ὄνειδίζοντες. Καὶ ὄρεξ' αὐτὸν τοῦτο ἀποδυσόμενον, καὶ λέγοντα· Ἄταρ δὲ καὶ ὑμεῖς ἐπέβητέ μοι· καὶ ἀνελέημονας αὐτοῖς καλεῖ, καὶ φησὶ· Ὅτι ἀπειλήσατό μοι οἱ πλιησίων μου, καὶ οἱ οἰκέται μου κατ' ἐμοῦ ἐλάλουν, καὶ υἱοῖς καλλυκίδων μου ἐκάλουν, αὐτοὶ δὲ ἀπειλήδων. Ἐτεροὶ δὲ, φησὶν, ἐπέπυσόν μοι, καὶ θρόβλημα πάντων ἐγενόμην, καὶ αὕτη, φησὶν, ἡ στολή μου ἐβδελύξατό με. Ταῦτα γε οὐδὲ ἀκοῦσαι φορητὰ, μήτις γε διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ὑπομείναι. [276] Πενία ἐσχάτη, καὶ νόσος ἀφόρητος καὶ καινὴ καὶ παράδοξος· παιδῶν ἀποβολὴ τοσοῦτων καὶ τοιούτων καὶ τοιούτων τρόπῳ· ὄνειδῆ καὶ σκώμματα καὶ λοιδορίαι παρὰ ἀνθρώπων· οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ ὄνειδίζον, οἱ δὲ ἐπαφρόνουν, οὐκ ἔχθροὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ φίλοι· οὐ φίλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰκέται· οὐκ ἐχλεύαζον δὲ οὐδὲ ὄνειδίζον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐβδελύσσοντο, καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ ὄσο καὶ τρισὶ καὶ δέκα ἡμέραις, ἀλλ' ἐπὶ πολλοῖς τοῖς μηνσὶ· καὶ ὅπερ ἐπ' ἐκείνου συνέβη μόνον, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς νυκτὸς εἶχε παραμυθίαν, ἀλλὰ τῶν μεθ' ἡμέραν δεινῶν προσθήκη μείζων ἦν ἢ τῶν νυκτερινῶν φέρον φαντασίαν. Ὅτι γὰρ χαλεπώτερα ἐν τοῖς ὑπνοῖς ὑπέμεινε, ἀκούσον τί φησὶ· Διὰ τί με φοβεῖς ἐν ὑπνοῖς, καὶ ἐν δράμασί με καταπλήσσεις; Ποῖος; τῆρα πρὸς ἀνθρώπου, ποῖος ἀδάμας τοσαῦτα ἂν ὑπέμεινε δεινὰ; Εἰ γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸν τοῦτων ἕκαστον ἀφόρητον, ἐνόησον ὁμοῦ συνεκθίζοντα πόσον ἤγειρε θέρμουν.

\* Hæc, ἐκεῖνος δὲ οὐδὲν ἑαυτῷ συνήδει, deerant in editis, sed ex Reg. supplement, et ad sensum desiderantur.

amictus, et si putredine undique corruerat diabolus. Rursum hi pauperes saltem sub tectis sunt vestibulorum in balneis, saltem latibulo teguntur; ille vero sub dio nocte dieque semper debebat, neque simplicis tecti solatium nocuus : quodque gravius est, hi quidem multorum sibi malorum conscii sunt; ille vero nullius sibi conscius erat<sup>1</sup>. Hoc autem in singulis quoque casibus observandum est : quod sane majorem ipsi dolorem majoremque anxietatem pariebat, quod ne causam quidem contingentium malorum nosset. Illi, inquam, de multis se accusare poterunt : nec parum illud ad consolationem juvat, cum jure sibi poenae indigni agnoscitur; ille autem hac vacuus erat consolatione, et cum vitam virtute plenam duxisset, extrema secleratissimorum supplicia luebat. Hi, qui penes nos sunt, pauperes jam olim a principio huic calamitati sunt assueti; ille vero inopinatum tulit paupertatem, confestim divitiarum jacturam passus. Quem admodum igitur causam calamitatum nosse magnum affert ad consolationem momentum, ita non minorem parit in paupertate degenti pristina ejusdem paupertatis exercitatio : utrorumque autem justus ille expertus erat, neque tamen sic animo concidit. Vidisti eum in extremam redactum paupertatem, cui similis nulla esse potest? quid enim nudo tectoque carento pauperius fuerit? Imo ille non quidem solum quo gauderet habebat; neque enim in terra, sed in fimo debebat. Itaque cum te videris paupertate afflictum, cogita justus illius calamitatem statimque animam eriges, et omnem morboris cogitatum repelles. Atque hæc quidem calamitas omnium malorum quasi fundamentum hominibus esse videtur; altera vero posterior, imo prior, erat corporis plaga. Quis umquam hoc morbi genere laboravit? quis talem ægritudinem tulit? quis talem excepit plagam, aut alium excipientem vidit? Nemo sano. Paulatim ipsi corpus absumebatur, membra undique vermicibus scatebant, perpetuus erat ille fluxus, et sessor undique gravissimus, corpusque dum sic paulatim interiret et tanta putredine tabesceret, ingratos etiam cibos reddebat, famesque illi erat insolita incredibilisque : neque enim oblato cibo frui poterat. *Fætorem enim, inquit, video esse cibos meos* (Job 6. 7). Cum ergo in morbum incideris, o homo, recordare corporis illius sanctæque carnis : sancta quippe erat atque pura, licet his vulneribus affecta. Si quis in exercitu positus injuste nullaque saltem probabili de causa signo suspensus, latera sibi lacerari videat, nequaquam id ignominie loco habeat, neque se dolore confici sinat, sanctum illum memoria repetens. At ille, inquit, summam habuit consolationem, quod sciret Deum hæc sibi infligere. Atqui hoc ipsum magis illum turbabat affligebatque, quod cogitaret justum Deum, quem ipse omni modo coluisset, secum pugnare. Nec ullam vel probabilem eorum, quæ accidebant, causam reperire poterat. Nam ubi demum causam didicit, vide quantam pietatem exhibuerit. Cum enim illi Deus dixit : *Alione putas modo me tibi oracula*

*judisse, quam ut justus appareres* (Job 40. 8)? percussus ille respondit : *Manum ponam super os meum : semel loquutus sum, secundo non addam* (Ib. v. 4. 5) : ac rursum, *Usque ad auris auditum audivi te antea ; nunc autem oculus meus vidit te. Quare me ipsum vilem reputavi, et extabui : reputavi autem me ipsum terram et cinerem* (Job. 42. 5. 6).

6. Quod si hæc satis ad consolationem esse putas, poteris et ipse hæc consolatione frui. Nam licet non pro Deo aliquid mali sustineas, sed ex hominum nocumento, si gratias egeris nec blasphemaveris in eum, qui impedire quidem poterat, sed ad tuam probationem permisit, sicut ii qui propter Deum patiuntur coronantur, sic et tu eandem consequeris mercedem, quia illatas tibi ab hominibus calamitates fortiter tulisti, et ei qui cum illas prohibere posset, noluit tamen, gratias egisti. Ecce igitur et paupertatem et morbum supra modum omnem justo illatum vidisti. Visne etiam ut bellum, quod ipsi natura intulit, eodem cum impetu fortem virum invasisse ostendam? Decem filios perdidit, decem simul, decem eodem juvenutis flore, decem virtute prædidos, nec communi naturæ lege, sed violenta miserabilique morte. Quis talem calamitatem exprimere valeat? Nemo sane. Cum ergo et filium et filiam simul amiseris, recurre ad justum illum, multamque nancisceris consolationem. Num hæc tantum ipsi accideret mala? Amicorum insuper defectio et proditio, scommata, convicia, derisiones, sanni : ab omnibus autem divexari quam intolerandum fuerit! Non enim ita ærumnarum natura, ut ii, qui nobis ærumnas exprobrant, mordere solet. Non modo non aderat, qui consolaretur; sed multi undique instabant conviciantes. Videsque illum hæc de re conqueri, ac dicere : *At vos invaditis me* (Job 19. 5), eosque immisericordes vocat his verbis : *Quia abnegaverunt me proximi mei; et domestici mei contra me loquebantur, et filios pellicum mearum vocabant : illi vero resiliabant* (Ib. v. 14. 17). *Alii, inquit, conspuerant in me, ac ludibrium factus sum omnibus* (Job 39. 9. 10) : *et ipsa, inquit, vestis me abominata est* (Job 9. 31). Hæc ne auditu quidem ferenda, nedum ipso rerum facto sustinenda. Paupertas extrema, morbus intolerandus, novus et inauditus, tot et talium filiorum amissio tali modo facta, convicia, scommata, vituperia ab hominibus. Alii quidem iridebant, alii conviciabantur, alii spernebant, non inimici tantum, sed et amici; non amici tantum, sed et domestici. Neque solum iridebant et convicia jactabant, sed etiam abominabantur; hæc porro non duobus, vel tribus, vel decem diebus, sed multis mensibus : et quod illi uni contigit, ne noctis quidem consolationem habebat, sed diurnis ærumnis accessionem majorem faciebat nocturnarum formidinum phantasia. Quod enim vel in somnis graviora passus sit, audi illum dicentem : *Quare me terras in somnis, et in visionibus me consternas* (Job 7. 14)? Quis tam ferreus homo, quis adamas hæc mala sustinere possit? Nam si quodlibet eorum seorsim consideratum intolerandum est, quantum tumultum omnia concurrentia attulerint to-

<sup>1</sup> Vide notam Græcam

cum reputa. Attamen ille hæc omnia tulit, et in nullis eorum, quæ sibi accidebant, peccavit, neque in labiis ejus fuit dolus.

7. Sint itaque illius ærumnæ malorum nostrorum remedia : et graves quibus agitatae ille est fluctus, calamitatum nostrarum portus sint : atque in singulis, quæ nobis accidunt, sanctum reputemus : ac videntes unum corpus universa orbis hausisse mala, fortiter in singulis affecti erimus. Et velut ad matrem amantissimam undique manus extendentem, et liberos exterritos excipientem ac recreantem, sic ad hunc librum semper confugiamus : etiamsi omnium miserimis malis afficiamur, magnam in omnibus adepti consolationem, sic discedemus.

Cum Spiritus gratia faciliora certamina sunt. — Quod si dicas, Ille Job erat, et ideo hæc tulit ; ego non illi sum similis : his dictis majori te dignum reprehensione reddis, et laudem illius justis viri extollis ; par esset enim hæc te potius perferre, quam

ipsum. Quare ? Quia ille quidem ante gratiam et ante legem, quo tempore non ita diligenter vita instituebatur, quo non tanta erat Spiritus gratia, quo expugnatum difficile peccatum erat, quo maledictum obtinebat, quo mors terribilis erat ; nunc autem faciliora certamina reddita sunt, post adventum Christi his sublatis omnibus. Quare post tantum tempus, tantum incrementum, post tot dona nobis a Deo collata, si non possimus ad eam virtutis mensuram pertingere, nulla nobis superest excusatio. Hæc igitur omnia considerantes : quod gravioribus ille malis premeretur, et cum difficilius certamen esset, tunc se ad pugnam ille comparaverit, et manus consecravit ; omnia, quæ nobis accidunt, fortiter seramus, et cum magna gratiarum actione, ut possimus easdem quas ille coronas consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### [277] IN HOMILIAS DE POENITENTIA

Difficilem operosamque rem aggredimur, cum homiliarum *De poenitentia* ordinem, tempus, quarumdam etiam vel *vohetav* vel *γνησιότητα* statuere conamur. Qui enim ante huic rei manum admoventur, vel eas ut sese offerebant, nulla serie, nulla *γνησιότητος* vel *vohetas* habita ratione, confertim ediderunt ; vel lædio difficultatis fracti, partem suo loco pro facultate restituerunt, alias hinc inde avulsas et a reliquis segregatas posuerunt. Qui primus huic rei operam dedit Lælius Tifernis 10 *De poenitentia* homilias Latine edidit ; quarum prior inscripta est *De poenitentia homil. prima*, cujus initium Græce est *Φαιδρὰ σήμερον ἢ πανήγυρις*. Secundam posuit Lælius homiliam eam, quæ prima est inter homilias in *Genesis* ; tertiam eam, quæ sic Græce incipit, *Εἰ καὶ χθὲς ὑμῶν ἀπελείφθην* ; quartam eam, quæ sic Græce init, *Οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα* ; quintam eam, quæ incipit Græce, *Πάντοτε μὲν* ; sextam eam, quæ non Græce reperitur, estque supposititia ; septimam cujus initium Latine, *Jam ergo turbine* : estque cento variis ex locis consarcinatus, ut ostendit in notis Fronto Ducæus infra ; octavam eam, cujus exordium est, *ὡς τερπνὰ τῆς πνευματικῆς* ; nonam eam, cujus principium Græce, *ἀρα οἴδατε πόθεν ἦμῖν ὁ λόγος* ; decimam et postremam, quæ sic incipit, *ἀρα ἐμνήσθε ἡμῶν*. Lælii Tifernatis ordinem partim secutus est, partim eiecit Fronto Ducæus : primam enim ut supra retinuit ; secundam quia erat prima in *Genesis* omisit, et cum aliis in *Genesis* edendam censuit ; tertiam, cujus Græcum contextum nondum repererat, in serie homiliarum *De poenitentia* prætermisit, sed postea cum reperisset, eam cum titulo homiliæ tertię *De poenitentia* in quarto tomo procul ab aliis *De poenitentia* homiliis positam locavit ; quartam post primam, nulla interposita alia, cum titulo quartæ posuit, et postea quintam ut Lælius edidit ; sextam et septimam ob causam supra memoratam rejectit : ita ut octavam, nonam et decimam, cum titulis octavæ, nonæ et decimæ, post quintam posuerit. Savilius longe alium secutus ordinem est : homiliarum enim *De poenitentia* primam posuit eam, quæ sic incipit : *Ἄρα ἐμνήσθε ἡμῶν*, quæ in editione Frontonis Ducæi est decima et postrema ; secundam, quæ sic init, *Πάντοτε μὲν ὁ θεὸς ἀπόστολος*, quam Fronto Ducæus quintam inscripsit ; tertiam *εἶδετε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ*, quæ in edit. Frontonis Ducæi extra seriem homiliarum *De poenitentia* in finem quinti tomi ablegata est ; quartam *εἰ καὶ χθὲς ἀπελείφθην*, tertiam apud Ducæum ; quintam, *ὡς περ τοῖς σπείρουσιν βρελός οὐδέν*, quæ in edit. Frontonis extra seriem homiliarum *De poenitentia* est tom. V, p. 488 : est autem suspecta, fragmentumque videtur : sextam, *ἀρα οἴδατε πόθεν ἦμῖν ὁ λόγος*, nonam edidit Fronto Ducæus ; septimam, *οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα*, quartam Fronto posuit ; octavam, *φῆρε δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων*, quæ in editione Frontonis Ducæi non compareret, sed lacera est in edit. Savil. et passim hujulca, integram illam et sartam tectam dedit Franciscus Combesius anno 1645. Concionem vero, quam primam *De poenitentia* posuit Fronto Ducæus, primam *De jejunio*, *περὶ νηστείας*, edidit Savilius ; hujus initium, *Φαιδρὰ σήμερον ἦμῖν ἢ πανήγυρις* ; secundam *De jejunio* addidit, *ὡς τερπνὰ τῆς πνευματικῆς*, quæ apud Frontonem Ducæum est octava *De poenitentia*, Tres alias *De poenitentia* homilias edidit Henr. Savilius eodem t. VI, p. 905, quæ pro spuris jure habentur. Prima init, *ἀεὶ μὲν μνημονεύειν* ; secunda, *βασιλέω ; μὲν τοῦ ἐπιγέτου* ; tertia, *διαγράφωμεν, ἀγαπητοί, τὰ τῆς μετ.*

Ex hisce porro omnibus permistim positas *De poenitentia* homilias, sex solum ut germanas agnoscimus, cæteras vero tanquam ut minimum suspectas subjungimus, quasdam etiam aperte spurias alium in locum ablegavimus. Primam inter germanas ponimus, *Ἄρα ἐμνήσθε ἡμῶν* ; secundam, *εἶδετε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ* ; tertiam, *Ἄρα οἴδατε πόθεν* ; quartam, *Οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα* ; quintam, *Φαιδρὰ σήμερον ἦμῖν ἢ πανήγυρις* ; sextam, *ὡς τερπνὰ τῆς πνευμ.* Hic Savilii ordinem sequimur, iis solum omissis, quæ vel admodum suspectæ vel omnino spurixæ videntur, ut suo loco probabitur. Homilias vero duas, quas *Περὶ νηστείας*, *De jejunio*, Savilius inscripsit, præcipue de poenitentia agere nemo non videat, quamobrem eas in serie homiliarum *De poenitentia*, sicut et Fronto Ducæus, locavimus.

Restat ut de harumque homiliarum inter se ordine disseramus. Illa, quam primam cum Savilio poni-

Ἄλλ' ὁμως ἐκείνος ἅπαντα ταῦτα ὑπήνεγκε, καὶ ἐν ἅπασιν τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ οὐχ ἤμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χεῖλαισιν αὐτοῦ ἐγένετο ὄλλος.

Γ'. Γενέσθω τοίνυν ἐκείνου τὰ πάθη φάρμακα τῶν ἡμετέρων κακῶν, καὶ τὸ χαλεπὸν τούτου κλυδώνιον τῶν ἡμετέρων παθῶν λιμὴν, καὶ ἐφ' ἐκάστῃ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν ἀναλογιζόμεθα τὸν ἅγιον· καὶ ὁρῶντες ἐν σῶμα τὰ τῆς οἰκουμένης ἀνελήσαν δεινὰ, γενναίως ἡμεῖς· ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος διακείσόμεθα· καὶ καθάπερ πρὸς μητέρα τινὰ φιλόστοργον πανταχῶθεν τὰς χεῖρας ἐκτείνουσαν, καὶ τὰ παιδία πεφορημένα δεχομένην καὶ ἀνακτωμένην, οὕτω πρὸς τὴν βίβλον ταύτην ἀσὶ καταφεύγωμεν· κἄν τὰ πάντων οἰκτιρῶν ἡμῖν ἐπιπρὶ δεινὰ, ἱκανὴν πάντων λαβόντες τὴν παραμυθίαν, οὕτως ἀπελευσόμεθα.

Εἰ δὲ λέγοις ὅτι, Ἐκείνος ἰὼδ ἦν καὶ διὰ τοῦτο ἤρχετο, ἐγὼ δὲ οὐκ εἶμι κατ' ἐκείνον, μείζονά μοι σαυτοῦ λέγεις κατηγορίαν, καὶ τοῦ δικαίου πάλιν ἔπαινον· μᾶλλον γὰρ σὲ εἰκὸς ἐνεργεῖν, ἢ ἐκείνον. Τί

δήποτε; Ὅτι ἐκείνος μὲν πρὸ τῆς χάριτος καὶ πρὸ τοῦ νόμου, ὅτε οὐ πολλὴ τῆς πολιτείας ἦν ἀκρίβεια, ὅτε οὐ τοσαύτη τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις, ὅτε δυσκαταγώνιστος ἡ ἁμαρτία, ὅτε ἡ κατάρρα ἐκράτει, ὅτε ὁ θάνατος φοβερός ἦν· νυνὶ δὲ εὐκολώτερα τὰ παλαίσματα γέγονε, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πάντων τούτων ἀνηρημένων. Ὡστε οὐδεμία ἡμῖν ἀπολογία, μετὰ τοσούτον χρόνον καὶ τοσαύτην ἐπίδοσιν καὶ τοσαύτας δωρεὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἰδοίμεθα· ἡμῖν μὴ δυναμένοι εἰς τὸ αὐτὸ ἐκείνω φθῆσαι μέτρον. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, ὅτι μείζονα ἐκείνου ἦν τὰ δεινὰ, καὶ ὅτε χαλεπώτερος ἦν ὁ ἀγὼν, τότε ἀπεδύσατο καὶ ἐπάλαισε, φέρωμεν ἅπαντα τὰ ἐπιόντα γενναίως ἡμῖν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐχαριστίας, ἵνα δυνηθῶμεν τῶν αὐτῶν ἐκείνω στεφάνων τυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δέξιζα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμην.

### MONITUM.

mos, ejus initium, ἀρα ἐμέμνησθε, quamque decimam et postremam Fronto Ducæus locavit, [278] an cum cæteris tempore cohæreat, an jure priorem occupet locum, necne, perinde ignoramus. Hanc porro concionem habuit postquam rure aliquantum temporis valetudinis causa versatus, ad solitum concionandi officium rediit. Antiochiense vero an Constantinopoli hanc recitaverit homilia certo dicere non valemus; libentius vero credam Antiochiæ. An secunda, ejus initium, Εἴδετε τῆ πρώτ., primam vere secuta sit, ne conjectura quidem possumus dicere: si secuta sit, non nisi alia interposita secunda fuisse opinor; etenim ea, quam se postremam habuisse memorat in secunda, de diaboli pugna contra Christum et de Christi victoria agebat, inquit Chrysostomus: id verò non observatur in homilia prima. Secundam autem homiliam, nulla intermedia, secuta est certissime tertia, quæ sic incipit, Ἄρα οἴδατε, πρῶτον. Cum enim in secunda de variis pœnitentiæ viis agat, in tertia easdem, de quibus se nuper, πρῶτον, locutum esse testificatur, pœnitentiæ vias retractat. Quo tempore autem editæ sint, ne conjicere quidem possumus, libentius tamen credam, ut de priori diceliam, eas Antiochiæ habitas fuisse. Nam in tertia declarat se in urbe suburbii ornata prædicare, ubi populus audiendæ Christi doctrinæ cupidus singulis Dominicis in ecclesiam diligenter concurrebat, quod potius Antiochiam designat quam Constantinopolin.

Homilia quarta, Οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα, jure quartæ nomine insignitur, quandoquidem Chrysostomus initio dicit se jam quarta die et vice de Pœnitentia agere. Sed cave putes perinde certum esse eam tres illas, quas priores posuimus, aut aliquam ex illis secutam esse. Planum est tres ante hanc quartam de pœnitentia homilias habitas fuisse, sed has tres quas præmisimus, aliasve, id ignotum prorsus. Antiochiæ autem habitam fuisse suadent hæc verba num. 2: *Quandoquidem nos cum exagitabamur vexati fame, peste, grandine, siccitate, incendiis, hostium incursu, nonne quotidie ecclesia multitudine convenientium angustabatur?.... Postquam autem Deus iram deposuit, atque post tantos fluctus procellam abegit, ad pristinos iterum mores reversi sumus. Atqui in ipso tentationum tempore hæc prædicare et testificari non desistebam.* Hic longam calamitatum seriem memorat, quibus præsens ipse erat, et concionibus vacabat, quæ non nisi ad tempus, quo Antiochiæ presbyter erat, quadrare possunt. Hostium autem incursus putat Tollemontius esse invasioem illam Hunnorum, quæ anno 395 contigit, quod sat quidem verisimile videtur. Ut ut vero sit, hanc in ultimis, quibus Antiochiæ concionatus est, annos opportune rejicimus.

Quinta, Φαῖδρα ἡμέρον ἡμῖν ἡ πανήγυρις, est pulcherrima Chrysostomi homilia, quam *Hepl ἡστέλας*, id est, *De jejuniis*, inscripsit Savilius. Et est quidem de jejuniis, sed præcipue de pœnitentia, quæ quo pacto cum aliis cohæreat, deprehendi nullo modo potest. Antiochiæ vero habitam fuisse indicat Chrysostomus, cum monachorum in montibus proxime degentium exemplum considerandum offert, ut solet in concionibus Antiochiæ habitis. Sexta, Ὡς τερπνὰ τῆς πνευματικῆς, de jejuniis maxime agit; an vero Antiochiæ, an Constantinopoli habitam fuerit, nullo, ut videtur, modo deprehendi potest. Homilias illas duas in *psalmum quinquagesimum*, quæ in quinto tomo locum habebunt, putant quidam homilias *De pœnitentia* adjuvandas esse: at, ut suo loco dicemus, nullatenus videntur cum his cohærare.

Tres sequentes homiliae, quarum hæc sunt initia, septimæ Πάντοτε μὲν ὁ θεός, octavar, Εἰ καὶ χυδὸς ἀπελείφθη, nonæ, Ὡστερ τοῖς σπεύρουσιν, non pares γνησιότητος notas præferunt. Stylus a Chrysostomi elegantia non parum recedit. Quamobrem non sine aliquo scrupulo eas inter germana Chrysostomi opera relinquimus; nec tamen ab aliis sejungendas esse duximus, quoniam, ut jam alibi monuimus, in dicendi genere non semper sibi constat sanctus doctor. Alias insuper Chrysostomi nomine *De pœnitentia* homilias habemus, quas, utpote aperte spurcias, in appendicem ablegamus.

Homiliarum quartæ, septimæ et octavæ interpretationem novam edidimus, quia vetus prorsus vitiosa erat: secundæ interpretatio est Frontonis Ducæi; cæterarum autem interpretationem a Lelio Tifernatense editam multis in locis emendavimus.

## ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ

Ἐξ ἀποῦ αὐτοῦ ἐπαρελθόντος \*.

## [279] Ὁμιλία α'.

α'. Ἄρα ἐμέμνησθε ἡμῶν, ἤνικα τὸν μεταξὺ τοῦτον ἐχωρίσθημεν χρόνον ὑμῶν; Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμῶν οὐδέποτε ἤδυνήθην ἐπιλαθέσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ἀφελὺς, τὴν ὑμετέραν οὐκ ἀφῆκα μνήμην· ἀλλ' ὡσπερ οἱ τῶν λαμπρῶν ἐρώντες σωματίων, ὅπου περ ἂν ἀπίωσι, μεθ' ἑαυτῶν τὴν ποθομένην περιφέρουσιν ἔψιν, οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τοῦ κάλλους τῆς ὑμετέρας ψυχῆς ἐρασθέντες, ἀεὶ μεθ' ἑαυτῶν τὴν εὐμορφίαν τῆς ὑμετέρας περιφέρουσα διανοία. Καὶ καθάπερ οἱ ζωγράφοι, ποικίλα χρώματα κεραυνύντες, τὰς τῶν σωματίων εἰκόνας ἐργάζονται, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ἐν ταῖς συνάξεσι, τὴν προθυμίαν τὴν περὶ τὴν ἀκράσιν, τὴν εὐνοίαν τὴν περὶ τὸν λόγον, τὰ ἄλλα πάντα κατορθώματα καθάπερ ποικίλα χρώματα ἀρετῆς κεράσαντες, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ψυχῆς ὑμῶν υπογράφαντες, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς διανοίας θέντες, ἰκανὴν διὰ τῆς φαντασίας ταύτης ἐλαμβάνομεν τῆς ἀποδημίας παραμυθίαν. Καὶ ταῦτα, καὶ οἴκοι καθήμενοι καὶ διανιστάμενοι, καὶ ὁδοιποροῦντες καὶ ἀναπαυόμενοι, καὶ εἰσίντες καὶ ἐξίντες, ἐστρέφομεν συνεχῶς, τὴν ὑμετέραν ὄνειροπολοῦντες ἀγάπην· καὶ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ ταῦταις ἐνετροφῶμεν ταῖς φαντασίαις. Καὶ περὶ ὁ Σολομὼν ἔφη, Ἐγὼ καθεὺδα καὶ ἡ καρδία μου ἀργυρῆνι· τοῦτο καὶ ἡμεῖς τότε ἐπάσχομεν. Ἡ μὲν γὰρ ἀνάγκη τοῦ ὕπνου κατέστειλεν ἡμῶν ἢ τὰ βλέφαρα· ἢ δὲ τῆς ἀγάπης τῆς ὑμετέρας τυραννὸς ἀφύπνιζε τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμούς· καὶ πολλάκις ὑμῖν ἔναρ διαλέγεσθαι ἐδόκουν. Καὶ γὰρ πέφυκεν ἡ ψυχὴ ταῦτα φαντάζεσθαι νύκτωρ, ὅπερ ἂν μεθ' ἡμέραν λογίζηται· ὅπερ οὐκ ἀπ' ἡμῶν τότε συνείηται· καὶ οὐκ ὄρων ὑμᾶς τοὺς ὀφθαλμοῖς τῆς σαρκὸς, ἐώρων ὑμᾶς τῆς ἀγάπης τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴ παρῶν ὑμῖν τῷ σώματι, παρήμην ὑμῖν τῇ διαθέσει, καὶ μοι τὰ ὡτα ἀπὸ ἑ τῆς ὑμετέρας περιηχίτου κραυγῆς. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς τοῦ σώματος ἀρβρωσίας ἐπὶ πλέον ἐκεῖ διατριβὴν ἀναγκαζούσης, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος ὠφελείας εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ἀπολαύειν ὑγίειαν, ἢ τῆς ἀγάπης βία τῆς ὑμετέρας οὐκ ἠνέσχετο τοῦτο ἄ, ἀλλὰ κατεδόθησε, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη διανοχούσα, ἕως ἡμᾶς καὶ πρὸ τῆς προσηκούσης ὥρας ἀναστήσῃ. Ἐπεισε, καὶ ὑγίειαν καὶ τέρψιν καὶ πᾶν οἰοῦν ἀγαθὸν τὴν ὑμετέραν ἠγήσασθαι συνεβούλευσε συνουσίαν. Ταύτη δὲ πεισθέντες ἡμεῖς, ἐιλόμεθα μᾶλλον ἔχοντες ἐτι τὰ λείψανα τῆς ἀρβρωσίας ἐπανελθεῖν, ἢ καθαρῶς ἀποθέμενοι τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν, ἐπὶ πλέον λυπησῶμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. Καὶ γὰρ ἐκεῖ διατριβὴν ἔχουσα ὑμῶν τὰ ἐγκλήματα, καὶ συνεχεῖς ἐπιστολαὶ ταῦτα ἡμῖν διεκμήζον· καὶ γὰρ προσεῖχον τοῖς ἐγκαλοῦσιν \* οὐκ ἤττον, ἢ τοῖς ἐγ-

\* Colbert. τοῦ ἐν ἀγίοις... Χρυσοστομοῦ ἐξ ἀποῦ διὰ χρόνον ἐλθόντος, καὶ περὶ μετανοίας.

b Col. b. ἡμῖν.

c Alit. ἀπο.

d Sic omnes præter Morel. qui habet tούτου. Infra Morel. συνεβούλευσε, duo inss. συμβουλεύουσα, Savil. συμβουλεύουσα.

\* Alit. καὶ χάριν εἶχον τοῖς ἐγ.

χωμιάζουσι· ψυχῆς γὰρ εἰδύλας φιλεῖν ἦσαν αἱ μέμψεις ἐκεῖναι. Καὶ διὰ ταῦτα ἀναστὰς ἔδραμον· [280] διὰ ταῦτα οὐδέποτε ὑμᾶς τῆς διανοίας ἤδυνήθην ἐκβαλεῖν τῆς ἐμῆς. Καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐν ἀργῷ διατρίβων ἐγὼ, καὶ ἀδείας ἀπολαύων, τῆς ὑμετέρας ἐμεμνήμην ἀγάπης, ὅπου γε Παῦλος δεσμὰ περικαίμενος, καὶ δεσμοτῆριον οἰκῶν, καὶ μυρίους ὁρῶν ἐπιτημένους αὐτῷ κινδύνους, καθάπερ ἐν λειμῶνι τῶν δεσμοτῆριῶ διάγων, οὕτω τῶν ἀδελφῶν ἐμέμνητο, καὶ γράφων ἔλεγε· *Καθὼς ἐστὶ δίκαιον ἔμοι τοῦτο φροεῖν περὶ ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς. Ἐτε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογία καὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου;* Ἐξῴθεν ἄλλοις ἢ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἔσθωθεν ἄλλοις ἢ τοῦ φίλτρου τῶν μαθητῶν· ἀλλ' ἡ μὲν ἐξῴθεν ἀπὸ σιδήρου ἐκεχάλκευτο, ἢ δὲ ἐνδοθεν ἐξ ἀγάπης ἐγεγένητο· κάκειν μὲν πολλάκις καὶ ἀπέθετο, ταύτην δὲ οὐδέποτε ἀπέβρηξεν· ἀλλ' ὡσπερ αἱ γυναῖκες ὅσαι πείραν ὠδίνων ἔλαβον καὶ μητέρες ἐγένοντο, τοῖς τεχθεῖσι παιδίοις, ὅπου περ ἂν ὦσιν, εἰσὶ διηνεκῶς συνδεδεμένα· οὕτω καὶ Παῦλος, μᾶλλον ἐξ ἀγάπης ἐγεγένητο, καὶ τοσοῦτον μᾶλλον, ὅσην τῶν φυσικῶν τόκων οἱ τοῦ πνεύματός εἰσι θερμότεροι. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὠδινεν οὐκ ἄπαξ, ἀλλὰ καὶ δις τοὺς αὐτοὺς, καὶ ἐβόα λέγων· *Τεχνία μου, οὐκ ἄλλιν ὠδίνω.* Καίτοι γε τοῦτο οὐδέποτε ἂν πάθοι ἢ γυνή, οὐδ' ἂν ὑποσταῖ τὰς αὐτὰς πάλιν ὠδύνας, ἀλλὰ Παῦλος; ὑπέμεινε τοῦτο, ὅπερ ἐπὶ τῆς φύσεως ἰδεῖν οὐκ ἔστι, καὶ τοὺς ἄπαξ τεχθέντας πάλιν ἀναλαβεῖν, καὶ τὰς θριμείας ἐπ' αὐτοῖς ὑπομῆναι ὠδύνας. Διὰ τοῦτο καὶ ἐντρέφαι βουλόμενος αὐτοὺς, ἔλεγεν, *Οὐκ ἄλλιν ὠδίνω· μονονοχὶ λέγων· Φείσασθέ μου· οὐδεὶς υἱὸς δευτέρου τὴν μητρικὴν γαστέρα ὑμεῖς· καίτοι ἐκεῖναι μὲν αἱ ὠδίνες ἐν μιᾷ καιροῦ βροπῇ κατατείνουσι, καὶ τοῦ παιδίου τῆς νηδύος ἐξολισθήσαντος, συνεξέρχονται· αὐταὶ δὲ οὐκ οὕτως, ἀλλὰ καὶ μῆνας πολλοὺς μένουσι· καὶ γὰρ ἐνταῦτον ὅλον ὠδινε πολλάκις, καὶ οὐκ ἔτεκε τοὺς κωμομένους ὁ Παῦλος· κάκει μὲν τῆς σαρκὸς ὁ πόνος, ἐνταῦθα δὲ οὐ γαστέρα διατείνουσι αἱ ἀλγυθόνες, ἀλλ' αὐτὴν τῆς ψυχῆς τὴν ἰσχύον καταξάλλουσι. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι θερμότεραι αὐταὶ αἱ ὠδίνες, τίς ποτε ὑπὲρ τῶν τεχθέντων παιδίων ἠδύατο ὑπομῆναι γένναν; Ὑπὲς γὰρ οὐ μόνον αἰρεῖται ὑπομῆναι γένναν, ἀλλὰ καὶ εὐχεται ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὥστε δυνήθῃναι τοὺς Ἰουδαίους ἀποτεκεῖν, οὐς ὠδινεν ἀεὶ καὶ διηνεκῶς, καὶ ἐπειδὴ μὴ συνέβαινε τοῦτο, ὠδυνᾶτο λέγων· *Λύπη μοι ἐστὶ μεγάλη, καὶ ἀδιαιτέλιπος ὁδύνη ἐπὶ καρδίᾳ μου.* Καὶ ἐνταῦθα πάλιν· *Τεχνίαι μου, εἰς ἄλλιν ὠδίνω, ἀχρὶς ὃ μορφοῦσῃ Χριστὸς ἐν ὕμῖν.* Τί τῆς νηδύος ἐκεῖνης μακαριώτερον γένναιο ἂν, ἢ τοιαῦτα παιδία τίθειν ἐδύνατο, ὡς τὸν Χριστὸν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς; τί δὲ εὐφορώτερον, ἢ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπὸ γέννησε; τί δὲ δυνατώτερον, ἢ τὴν τεχθέντων καὶ ἀύχθηθέντων εἰς ἀμύλητον ἐκπρόστας, ἀναλαβεῖν ἰσχυρὰ πάλιν καὶ ἀνωθῆναι διαπλάται; τοῦτο*



## DE POENITENTIA,

CUM RURE IPSE REDISSET <sup>1</sup>.

## HOMILIA I (a).

1. *Amon et sollicitudo Chrysoatomi erga populum. Paula amulatur filios iterum parturienti.* — Num, quaso, memora nostri fuistis, quanto tempore a vobis absumus? Nam ipse quidem vestri nusquam oblivisci potui, sed urbem dimittens, memoriam vestri non dimisi: quemadmodum enim qui corporum præstanti forma capiuntur, quocumque recesserint, secum desideratam faciem circumferunt: haud secus ipsi venustate animarum vestrarum tacti, eam mentis vestræ speciem semper nobiscum circumferimus. Et quemadmodum pictores coloribus variis mixtis corporis imagines effingere consueverunt: ita et ipsi studium vestrum in collectis, in audiendo alacritatem, benevolentiam erga concionatorem, cæteraque omnia officia veluti colores virtutum varios immiscentes, atque ipsum animarum vestrarum characterem imprimentes mentisque apponentes oculis, ea speculatione satis nostræ peregrinationis accepimus solatii. Hæc et sedentes et surgentes, et ambulantes et quiescentes, et introeuntes et exeuntes, continuo versabamur, caritatem vestram vel in somniis intuentes, neque interdiu solum, sed etiam noctu iisdem cogitationibus quasi deliciis enutriebamur, illud cum Salomone scientes: *Ego dormio, et cor meum vigilat (Cant. 5. 2)*. Id ipsum et nobis contingebat: nam somni quidem necessitas palpebras ipsas continebat, tyrannis vero amoris vestri oculos nostræ mentis excitabat: atque sæpenumero per somnum vobiscum loqui mihi videbar. Etenim consuevit anima quæ interdiu cogitat, eadem in somnis per phantasiam cernere, quod et nobis tunc accidit: et vos carnis oculis minime videns, oculis caritatis cernebam, corporeque absens, affectu præsens eram, et meæ aures semper clamore vestro personabant. Quare et corporis ægritudine ibi diutius cogente immorari, et aeris salubritate ad carnis sanitatem proficiente, id vis amoris vestri non tolerabat, sed exclamabat, neque prius molestando cessavit, quam nobis suaserit ante præfixum tempus exsurgere, et sanitatem et voluptatem et omne quodcumque est bonum, conventum hunc vestrum existimare. Huic igitur morem gerentes, maluimus rodere, tametsi morbi reliquiæ restarent, quam corporis infirmitatem prorsus deponere satagentes, de cætero caritatis vestræ molestias inferre. Nam et illic manens criminationes vestras audiebam: continuæ enim literæ has nobis afferbant, animique adhibui criminantibus non minus, quam laudantibus <sup>2</sup>. Nam animæ scientis amare illæ crimi-

Nathan, neque statim ab ipso limine illum arguit, aut dicit : Scelerate ac detestanda, adulter et homicida : tot honoribus a Deo cumulatus es, et tu ipsius mandata violasti? Nihil tale dixit Nathan, ne impudentiorem illum redderet; cum enim peccata divulgantur, tum ad majorem impudentiam is, qui peccaverat, provocatur. Venit igitur ad illum, et conflictam litis fabulam texit, atque : Litem habeo apud te, o rex! Dives erat quidam, et pauper quidam erat : habebat autem dives armenta et greges multos, pauper vero unam habebat ovem, quæ de calice ipsius bibebat, et de mensa ejus edebat, et in sinu ejus dormiebat. Hoc loco viri erga uxorem amorem significat. Cum autem peregrinus quispiam venisset, suis parcens dives acceptam pauperis ovem jugulavit (2 Reg. 12. 1-5). Vides ut hoc loco fabulam texat, et spongia obiectum ferrum gestet? Quid ergo rex? Existimans se adversus alterum sententiam ferre, quam celerrime sententiam adjunxit. Sic enim facere solent homines : adversus alios libenter et severe sententias ferunt et pronuntiant. Et quid ait David? *Vivit Dominus, dignus morte est talis, atque ovem in quadruplum reddet* (1b. v. 5. 6). Quid igitur Nathan? Non interjecto multarum horarum spatio plagam emolliit, sed statim exseruit, et repentinam sectionem admovit, ne doloris sensum<sup>1</sup> eximeret. *Tu es, o rex* (1b. v. 7). Quid ergo rex ait? *Peccavi Domino* (1b. v. 15), inquit. Non dixit : Quis enim es tu, qui me reprehendis? quis te misit, ut tam libere loquereris? qua vero audacia impulsus hoc fecisti? Nihil tale dixit, sed peccatum agnovit, et quid ait : *Peccavi Domino* (1b. v. 15). Quid igitur ad eum Nathan? *Etiam Dominus dimisit peccatum tuum*. Te ipsum condemnasti, tibi ego poenitentiam condono : bona fide peccatum confessus es, peccatum delevisi. Tibi ipsi multam accersivisti, ego sententiam meam rescidi. Vides ut impletum fuerit quod scriptum est : *Dic tu primus iniquitates tuas, ut justificeris* (Isai 43. 26)? Quis labor primum peccata dicere?

3. *Altera poenitentiae via lacrymarum : in exemplum proferitur Achaab.* — Habes autem et alteram poenitentiae viam : quam tandem illam? Peccatum flere. Peccasti? fletu, et peccatum solvis. Quisnam hic labor? nihil a te amplius requiro, quam ut fleas peccatum : non dico tibi, ut emetiaris maria, ut in portus te recipias, neque ut iter conficias, neque ut longissimam peregrinationem suscipias, neque ut pecunias numeres, aut sævis fluctibus te committas; sed quid? Propter admissum peccatum plora. Unde vero hoc fit, inquit, ut si plorem, peccatum solvam? Hujus rei demonstrationem habes etiam ex Scriptura. Fuit rex quidam (3 Reg. 21) Achaab : hic vero justus fuisse perhibetur. Cæterum propter Jezabel uxorem suam injuste regnabat. Hic Nabuthe cujusdam Jesraelitæ vineam concupivit, et misit ad eum dicens : Da mihi vineam tuam, quam concupivi, et vel pecuniam a me accipe, vel cum altero commuta loco. At ille dixit : Ausit, ut hereditatem patrum meorum vendam tibi!

<sup>1</sup> Mss., homicidii sensum.

Achaab autem cupiebat quidem vineam, sed illi vinum facere nolebat, sic ut in morbum idcirco incideret. Ingressa autem ad illum Jezabel, muliercula impudens, desperata, immunda, detestanda, inquit : Quid contristaris, et non comedis? surge et manduca : ego efficiam, ut possideas vineam Nabuthe Jesraelitæ. Et accipiens scripsit epistolam ex persona regis ad seniores dicens : Prædicate jejunium, et statuite viros mendaces adversus Nabuthe, quia benedixit Deum et regem, hoc est blasphemavit. O jejunium summa iniquitate plenum! Prædicarunt jejunium, ut cædem patrarent. Quid ergo accidit? Lapidatus est Nabuthe, ac mortuus est. Hoc ubi didicit Jezabel, dixit Achaab : Surge, possideamus vineam; quia mortuus est Nabuthe. At ille tum temporis contristatus, ingressus est tamen, et vineam possedit. Mittit ad eum Eliam prophetam Deus. Vade, inquit, dic Achaab : Quoniam occidisti, et possedisti, sic effundetur sanguis tuus, et canes sanguinem tuum lingent, et meretrices lavabunt in sanguine tuo (3. Reg. 21). Ira divinitus emissa, absoluta sententia, supplicium est adimpletum. Ac vide, quo illum mittat : in vineam. Ubi iniquitas, ibi quoque supplicium. Et quid ait? Cum intuitus est ipsum, Achaab dixit : *Invenisti me inimicus meus*; quasi diceret : Reum me deprehendisti, quia peccavi : nunc tibi data est occasio mihi insultandi. *Invenisti me inimicus meus*. Quia semper Elias reprehendebat Achaab, sciens Achaab se peccasse, Tu quidem semper, inquit, me reprehendebas : nunc autem opportune mihi insultas. Sciebat enim se peccasse. Ex adverso recitat illi sententiam : *Hæc dicit Dominus : Quoniam occidisti, et possedisti, et sanguinem viri justii effudisti, sic effundetur sanguis tuus, et canes lingent eum, et meretrices lavabunt in sanguine tuo*. Hæc cum audiisset Achaab, contristatus est, et propter peccatum suum plorabat. Agnovit iniquitatem, et latam in eum sententiam revocavit Deus. Sed prius Eliæ se excusavit Deus, ne forte mendax videretur, eique accideret, quod Jonæ accidit<sup>1</sup> : tale quid enim passus est et Jonas. Dixit illi Deus : Vade, prædica in Ninive civitate, in qua habitant centum et viginti millia hominum absque mulieribus et parvulis : *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur* (Jon. 1. 2). Nolebat abire Jonas, utpote cui nota esset Dei misericordia : sed quid facit? In fugam convertitur : ait enim, Ego prædicaturus abibo : tu cum misericors sis, sententiam mutabis; at ego tamquam falsus propheta trucidabor. Verumtamen exceptum illum mare non abscondit, sed terræ illum reddidit, et salvum illum Ninive incolumemque servavit, et tanquam optima conserva suum conservum custodivit. *Descendit enim, inquit, Jonas ut fugeret, et invenit navim euntem in Tharsis, et dedit naulum ejus et ascendit in eam* (Jon. 1. 3) (a). Quo fugis, o Jona? num aliam in terram

<sup>1</sup> Hunc locum in Savil. et aliis partim differentem sic recte interpretari videtur : *Sed prius quæ ad Eliam spectant observa, ne mendax videatur Elias, eique accidat quod Jonæ accidit.*

(a) Cum his confer ea quæ dicuntur supra 11. c. 1 de Poenitentia, num. 3.

λέγει· Παράνομε καὶ ἐναγέστατε, μοιχὲ καὶ φονεῦ, τοσαύτας τιμὰς ἐδέξω παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ σὺ τὰς ἐντολάς αὐτοῦ καταπάτησας; Οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν ὁ Νάθαν, ἵνα μὴ ἀναίσχυντότερον αὐτὸν ἀπεργάσῃται· δημοσιευόμενα γὰρ τὰ ἀμαρτήματα εἰς ἀναίσχυντιαν περικαλεῖται τὸν ἡμαρτηκότα. Ἐρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν καὶ ὄραμα δίκης ὑφαίνει· καὶ τί φησι; Βασιλεῦ, δίκη μοί ἐστι πρὸς σέ. Ἦν τις πλούσιος καὶ ἦν τις πένης· εἶχε δὲ ὁ πλούσιος βουκόλια καὶ ἀγέλας πολλὰς· ἦν δὲ καὶ ὁ πένης ἔχων ἀμνάδα μίαν, ἥτις ἐκ τοῦ πωτηρίου αὐτοῦ ἔπινε, καὶ ἐκ τῆς τραπέζης αὐτοῦ ἔσθιτε, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ ἐκάθευδεν· ἐνταῦθα τὸ γνήσιον τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναίκα δαίκνουσιν· ἐλθόντος δὲ ξένου τινός, ἐφείσατο ὁ πλούσιος τῶν ἰδίων <sup>a</sup>, καὶ λαβὼν τὴν ἀμνάδα τοῦ πένητος ἔσφαζεν αὐτήν. Εἶδες πῶς ἐνταῦθα ὑφαίνει τὸ ὄραμα, τῷ σπύγγῳ ἐπιεσκρυσμένον ἔχων τὸ σιδήριον; Τί οὖν ὁ βασιλεῦς; Νομίζων κατὰ ἄλλου ἀποφαινεσθαι, ὄξυτάτην ἐπήγαγε τὴν ἀπόφασιν. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἄνθρωποι· κατὰ τῶν ἄλλων ἡδέως τὰς ἀποφάσεις καὶ ἀποτόμους ποιοῦνται καὶ ἐκδιδοῦσι. Καὶ τί φησιν ὁ Δαυὶδ; Ζῆ Κύριος, ἄξιός θανάτου ὁ τοιοῦτος, καὶ ἀποδώσει τὴν ἀμνάδα τετραπλασίονα. Τί οὖν ὁ Νάθαν; Οὐκ ἐμάλαξε πολλὰς ὥραις τὴν πληγὴν, ἀλλ' εὐθύς ἐκφαίνει, καὶ ὄξυτάτην ἐπήγαγε τὴν τομήν, ἵνα μὴ κλέψῃ τὴν αἴσθησιν τοῦ πόνου <sup>b</sup>. Σὺ εἶ, βασιλεῦ. Τί οὖν ὁ βασιλεὺς φησιν; Ἥμαρτον τῷ Κυρίῳ. Οὐκ εἶπε. Τίς γὰρ εἶ ὁ ἐλέγχων με; τίς δέ σε ἀπέστειλε παρῆρσιάζεσθαι; ποία δὲ τόλμη τοῦτο πεποίηκας; Οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν, ἀλλὰ συνέγνω τὴν ἀμαρτίαν. Καὶ τί φησιν; Ἥμαρτηκα τῷ Κυρίῳ. Τί οὖν ὁ Νάθαν πρὸς αὐτόν; Καὶ Κύριος ἀφῆκε τὸ ἁμάρτημά σου· ἑαυτὸν καταδικάσας, ἐγὼ σοι συγχωρῶ τὴν καταδίκην· εὐγνωμόνως ὠμολόγησας, ἔλυσας τὴν ἀμαρτίαν· σαυτῷ τὴν καταδίκην [290] ἐπσπάσω, ἐγὼ ἔλυσα τὴν ἀπόφασιν. Εἶδες πῶς ἐπληρώθη τὸ γεγραμμένον, Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῆς; Ποίος κάματος οὗτος τὸ εἰπεῖν πρῶτον τὴν ἀμαρτίαν;

γ. Ἐχεις δὲ μετανοίας ὁδὸν καὶ ἐτέραν· ποίαν δὴ ταύτην; Τὸ πενοῆσαι τὴν ἀμαρτίαν <sup>c</sup>. Ἥμαρτες; πένθησον, καὶ λύεις τὴν ἀμαρτίαν. Ποίος κάματος οὗτος; οὐδὲν σε πλεόν ἀπαιτῶ, ἢ τὸ πενοῆσαι τὴν ἀμαρτίαν· οὐ λέγω σοι πελάγη τεμεῖν, οὔτε εἰς λιμένας καταγαγεῖν, οὔτε ὁδοπορῆσαι, οὔτε ὁδὸν ἀπειρον ἀπελθεῖν, οὔτε χρημάτων καταβολήν, οὔτε κυμάτων ἀγρίων ποιήσασθαι διούδον, ἀλλὰ τί; Πένθησον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ. Καὶ πῶθεν τοῦτο, φησίν, ὅτι ἐν πενοῆσῳ, λύω τὴν ἀμαρτίαν; Ἐχεις καὶ τοῦτο ἀπόδειξιν ἐκ τῆς θείας Γραφῆς. Ἦν τις Ἀχαῖδ βασιλεὺς· δίκαιος δὲ οὗτος μαρτυρεῖται· ἐβασίλευσε δὲ οὗτος εἰς κακὰ ὑπὸ Ἰεζάβελ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· οὗτος τινος Ναβουθὲ Ἰεζραηλῆτου ἀμπελώνα ἐπεθύμησε, καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν λέγων· Δός μοι τὸν ἀμπελώνα σου ὃν ἐπαθύμησα, καὶ ἡ ἀργύριον λαβὲ παρ' ἐμοῦ, ἢ ἀντάλλαγμα τοῦ τόπου. Ὁ δὲ εἶπε· Μὴ μοι γένοιτο

κληρονομίαν πατέρων μου πωλῆσαι σοι. Ὁ δὲ Ἀχαῖδ ἐπεθύμει μὲν τοῦ ἀμπελώνος· οὐκ ἤθελε δὲ βιάσασθαι αὐτόν, ὡς ἐκ τούτου κακώσει αὐτὸν περιπεσεῖν. Εἰσελθούσα δὲ πρὸς αὐτὸν Ἰεζάβελ, γύναιον ἀναίσχυντον καὶ ἀπηγορευμένον, ἀκάθαρτον καὶ ἐναγέστατον, φησὶ· Τί λυπῆ, καὶ οὐκ ἐσθιεις; ἀνάστα, φάγε· ἐγὼ σε ποιῶ κληρονομήσαι τὸν ἀμπελώνα Ναβουθὲ τοῦ Ἰεζραηλῆτου. Καὶ λαβούσα γράφει ἐπιστολὴν ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, λέγουσα· Κηρύξτε νηστείαν, καὶ στήσατε ἀνδρας ψευδεῖς κατὰ Ναβουθὲ, ὅτι εὐλόγησε Θεὸν καὶ βασιλέα, τουτέστιν, ἐδλασφήμησεν. Ὡ νηστεία ἐπιτεταμένης τῆς παρανομίας πεπληρωμένη· ἐκχύρξαι νηστείαν, ἵνα φόνον ποιήσωσι. Τί οὖν γέγονεν; Ἐλιθάσθη Ναβουθὲ, καὶ ἀπέθανε. Μιθοῦσα δὲ Ἰεζάβελ λέγει τῷ Ἀχαῖδ· Ἀνάστα, κληρονομήσωμεν τὸν ἀμπελώνα, ὅτι ἀπέθανε Ναβουθὲ. Ὁ δὲ λυπηθεὶς πρὸς τὸ παρὸν, εἰσῆλθε μέντοι, καὶ ἐκκληρονόμησε τὸν ἀμπελώνα. Πέμπει πρὸς αὐτὸν ὁ Θεὸς Ἠλίαν τὸν προφήτην· Ἄπελθε, φησίν, εἰπὸν τῷ Ἀχαῖδ, Ἀπὸ ὧν ἐφόρευσας καὶ ἐκκληρονόμησας, οὕτως ἐκχυθήσεται τὸ αἷμά σου, καὶ οἱ κύνες λείξουσι τὸ αἷμά σου, καὶ αἱ πόρραι λούσονται ἐν τῷ αἵματι σου. Θεήλατος ἡ ὀργή, ἀπρητισμένη ἡ ἀπόφασιν, πεπληρωμένη ἡ καταδίκη. Καὶ ὄρα ποῦ πέμπει αὐτόν· εἰς τὸν ἀμπελώνα. Ὅπου ἡ παρανομία, ἐκεῖ καὶ ἡ τιμωρία. Καὶ τί φησιν; Ἰδὼν αὐτὸν Ἀχαῖδ λέγει· Εὐρηκάς με ὁ ἐχθρός μου, ἀντι τοῦ, Ὑπαίτιόν με ἔλαβες ὅτι ἡμάρτηκα· νῦν καιρὸν ἔχεις ἐπεμδῆναί μοι. Εὐρηκάς με ὁ ἐχθρός μου. Ἐπειδὴ ἤλεγξεν αἶλ ὁ Ἠλίας τὸν Ἀχαῖδ, ὁ Ἀχαῖδ εἰδὼς ὅτι ἡμαρτεν, Ἀεὶ μὲν ἤλεγξές με, φησὶ· νῦν δὲ εὐκαιρῶς μοι ἐπιβαίνει· ἦδει γὰρ ὅτι ἡμάρτηκε. Παραναγινώσκει αὐτῷ τὴν ἀπόφασιν· Τάδε λέγει Κύριος, φησίν· Ἀπὸ ὧν ἐφόρευσας καὶ ἐκκληρονόμησας καὶ αἷμα ἀνδρὸς δικαίου ἐξέχεας, οὕτως ἐκχυθήσεται τὸ αἷμά σου, καὶ οἱ κύνες λείξουσιν [291] αὐτό, καὶ αἱ πόρραι λούσονται ἐν τῷ αἵματι σου. Ἀκούσας ταῦτα Ἀχαῖδ ἦν σκυθρωπάζων καὶ πενθῶν ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ· συνέγνω τὴν ἀδικίαν, καὶ ἔλυσε τὴν κατ' αὐτοῦ ψήφον ὁ Θεός. Ἀλλὰ πρῶτον ἀπελογήσατο ὁ Θεὸς τῷ Ἠλίᾳ, ἵνα μὴ ὡς ψεύστης φανῆ <sup>d</sup> καὶ πάθῃ ὅπερ ἔπαθεν Ἰωνᾶς· τοιοῦτον γὰρ ὑπέστη καὶ ὁ Ἰωνᾶς. Λέγει πρὸς αὐτόν ὁ Θεός· Ἄπελθε, κήρυξον εἰς Νινευὶ τὴν πόλιν ἐν ἣ κατοικοῦσι δώδεκα μυριάδες ἀνθρώπων χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδιῶν· Ἐτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὶ καταστραφήσεται. Ὁ Ἰωνᾶς οὐκ ἠδούλετο ἀπελθεῖν, εἰδὼς τὴν τοῦ Θεοῦ φιλάνθρωπιαν· ἀλλὰ τί ποιεῖ; Εἰς φυγὴν τρέπεται· λέγει γὰρ, Ἐγὼ ἀπέρχομαι κηρύσσω· σὺ φιλάνθρωπος ὢν μεταμέλη, ἐγὼ δὲ ὡς ψευδοπροφήτης ἀναίρουμαι. Ἄλλ' ὅμως ἡ θάλασσα αὐτὸν λαβούσα οὐκ ἐκρυψεν, ἀλλ' ἀπέδωκε τῇ γῆ, καὶ ἀπέκτισε πάλιν εἰς Νινευὶ, καθάπερ ἀρίστη σύνδουλος σύνδουλον διατηροῦσα. Κατέβη γὰρ, φησίν, Ἰωνᾶς τοῦ θυγεῖν, καὶ εὔρε πλοῖον βαδίξον εἰς θάλασσας, καὶ ἔδωκε τὸν ναῦλον αὐτοῦ, καὶ ἀνέθη εἰς αὐτό. Ποῦ φεύγεις Ἰωνᾶ; εἰς γῆν ἄλλην ἀπέρρη; Ἀλλὰ τοῦ

<sup>a</sup> Savilius τῶν οἰκείων. quod eodem recidit. Edit.

<sup>b</sup> Mss. τοῦ πόνου.

<sup>c</sup> Alit τὴν αἰτίαν.

<sup>d</sup> Alit (inter quos Savil.) κατ' αὐτὸ δίκην ὁ Θεός. Ἀλλὰ πρῶτον ἀναλόγησαι τὰ τοῦ Ἠλίου, ἵνα μὴ ψεύστης φανῆ ὁ Ἠλίας.

Κυρίου ἢ γῆ καὶ τὸ π.λῆρωμα αὐτῆς. Ἄλλ' εἰς τὴν θάλασσαν; Οὐκ οἶδας ὅτι Αὐτοῦ ἐστὶν ἡ θάλασσα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν; Ἄλλ' εἰς τὸν οὐρανόν; Οὐκ ἤκουσας τοῦ Δαυὶδ λέγοντος, ὅτι Ὅψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου; Ἄλλ' ὅμως ἐκεῖνος φρόνως κατεχόμενος ἔφυγε τῷ δοκεῖν· Θεὸν γὰρ ἀληθῶς φυγεῖν ἀδύνατον. Ὅμως ὅτε ἀποκατέστησεν αὐτὸν ἡ θάλασσα, καὶ ἦλθεν εἰς Νινευί, ἐκήρυξε λέγων ὅτι, Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευί καταστραφήσεται. Ἴνα δὲ μάθῃς ὅτι τοῦτο ἔχων ἐν διανοίᾳ εἰς φυγὴν ἔδωκεν ἑαυτὸν, ὅτι ὁ Θεὸς φιλόανθρωπος ὢν μετανοεῖ ἐπὶ τῇ κακίᾳ ἢ ἐλάλησε περὶ αὐτῶν, καὶ ἔμελλεν αὐτὸς ὡς ψευδοπροφήτης εἶναι, αὐτὸς ἑαυτῷ δεικνύσει. Μετὰ γὰρ τὸ κηρύξαι ἐν τῇ Νινευί, ἐξῆλθεν ἕξω τῆς πόλεως, καὶ παρετήρει τί ἂν γένηται· ὅτε δὲ εἶδε τρεῖς ἡμέρας παρελθούσας, καὶ οὐδαμῶ οὐδὲν τῶν ἠπειλημένων γινόμενον, τότε τὸν πρῶτον αὐτοῦ λογισμὸν κινεῖ, καὶ λέγει· Οὐχ οὗτοι εἰσιν οἱ λόγοι μου οὐδ' ἔλεγον, ὅτι ὁ Θεὸς ἐλεῆμων ἐστὶ καὶ μακρόθυμος καὶ μετανοῶν ἐπὶ κακίαις ἀνθρώπων; Ἴν' οὖν μὴ τί τοιοῦτον πάθῃ Ἡλίας, οἷον καὶ Ἰωνᾶς, λέγει ὁ Θεὸς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τῷ Ἀχαῶ συνεχώρησε. Καὶ τί φησὶν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἡλίαν; Εἶδες πῶς ἐπορεύθη Ἀχαῶ πενθῶν καὶ σκυθρωπάων ἐνώπιόν μου; Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ. Βαβαί, δεσπότης δούλου συνήγορος γίνεται, καὶ ἀπολογεῖται Θεὸς ἀνθρώπῳ ὑπὲρ ἀνθρώπου· Μὴ νόμιζε, φησὶν, ὅτι ἀπλῶς συνεχώρησα αὐτῷ· μετεβύθμισε τὸν τρόπον, καὶ μετέβαλον τὴν ὀργὴν μου καὶ ἀνέλυσα. Καὶ ἴνα μὴ νομισθῆς σὺ ὡς ψευδοπροφήτης· σὺ γὰρ ἀληθῶς εἶπας· εἰ μὴ μετέβαλε τὸν τρόπον, ὑπομείναι εἶχε τὰ τῆς ἀποφάσεως· ἄλλ' οὗτος μὲν μετέβαλε τὸν τρόπον, καὶ ἀνέλυσα τὴν ὀργὴν μου. Καὶ φησὶν [292] ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἡλίαν· Εἶδες πῶς ἐπορεύθη Ἀχαῶ πενθῶν καὶ σκυθρωπάων; Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν μου. Εἶδες ὅτι τὸ πενθῆσαι ἐξαλείφει ἁμαρτίαν;

δ'. Ἐχεις δὲ καὶ τρίτην ὁδὸν μετανοίας. Πολλὰ δὲ ὁδοὺς μετανοίας εἶπον, ἵνα τῇ ποιικιλίᾳ τῶν ὁδῶν εὐκολόν σοι τὴν σωτηρίαν ἐργάσωμαι. Ποία δὲ αὕτη ἡ τρίτη ὁδός; Ἡ ταπεινοφροσύνη· ταπεινοφρόνησον, καὶ ἔλυσας τὰς σειρὰς τῶν ἀμαρτιῶν. Καὶ ἔχεις καὶ ταύτης ἀπόδειξιν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῆς κατὰ τὸν τελώνην καὶ τὸν Φαρισαῖον. Ἀνῆλθον, φησὶν, ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ τελώνης εἰς τὸ ἱερόν προσεύξασθαι, καὶ ἤρξατο ὁ Φαρισαῖος τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἀπαριθμεῖσθαι. Οὐκ εἰμι κάγῳ, φησὶν, ἁμαρτωλὸς ὡς πᾶς ὁ κόσμος, οὔτε ὡς ὁ τελώνης οὗτος. Ἀθλία καὶ ταλαίπωρε ψυχὴ β, ὄλην τὴν οἰκουμένην κατεδίκασας, διὰ τί καὶ τὸν ἐγγὺς σου ἐθλίψας; οὐκ ἤρξασέ σοι ἡ οἰκουμένη, εἰ μὴ καὶ τὸν τελώνην κατέκρινας; πάντας ἐνεψῆσον διέβαλες, καὶ οὐδὲ τοῦ ἐνός ἀνδρός ἐφείσω. Οὐκ εἰμι ἐγὼ ὡς πᾶς ὁ κόσμος, οὐδὲ ὡς ὁ τελώνης οὗτος· δεύτερον τῆς ἐβδομάδος νηστεύω, ἀποδεκατῶ τὰ ὑπάρχοντά μου τοῖς πτωχοῖς. Ἄλαζονεῖα; ῥήματα ἐφθέγγασα. Ἀθλίε ἀνθρώπε,

<sup>a</sup> Ἄλλοι αὐτὸς ἑαυτὸν δεικνύσει.

<sup>b</sup> Unus inss. ἀθλίε, καὶ ἀκόρησε τῆ ψυχῆ. Duo alii ἀθλίε καὶ ἀχόρησαστε τῆ ψυχῆ.

ἔστω, τὴν οἰκουμένην κατεδίκασας, τί καὶ τὸν ἐγγὺς σου τελώνην ἐπέπληξας; οὐκ ἐνεπλήσθης τῇ κατηγορίᾳ τῆς οἰκουμένης, εἰ μὴ καὶ τὸν σὸν κατέκρινας; Τί οὖν ὁ τελώνης; Ἀκούσας ταῦτα οὐκ εἶπε· Σὺ γὰρ τίς εἶ ὁ τοιαῦτά μοι λέγων; πόθεν οἶδας τὸν βίον μου; οὐ συναναστρέφης μοι· οὐ συνέμεινας, οὐ συνεχρόνησας· διὰ τί τοσοῦτον ὑπερηφανεύῃ; σοὶ γὰρ τίς μαρτυρεῖ ἀγαθοεργίας; τί σεαυτὸν ἐπαινεῖς; τί σεαυτῷ χαρίζῃ; Ἄλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν ὁ τελώνης, ἀλλὰ κύβητος προσεκύνησε καὶ εἶπεν· Ὁ Θεὸς, Ἰλάσθητι μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· καὶ ταπεινοφρονήσας ὁ τελώνης ἐγένετο δίκαιος. Ὁ δὲ Φαρισαῖος κατήλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ δικαιοσύνην ἀπολέσας, καὶ ὁ τελώνης κατήλθε δικαιοσύνην κτησάμενος· καὶ ῥήματα πράγματα ἐνίκησαν. Ὁ μὲν γὰρ ἔργοις δικαιοσύνην ἀκώλωσεν, ὁ δὲ λόγῳ ταπεινοφροσύνης δικαιοσύνην ἐκτήσατο. Καίτοι γε οὐδὲ ταπεινοφροσύνη ἦν ἐκεῖνο· ταπεινοφροσύνη γὰρ τοῦτο ἐστίν, ὅταν τις μέγας ὢν ἑαυτὸν ταπεινοῖ· τοῦτο δὲ τοῦ τελώνου οὐκ ἦν ταπεινοφροσύνη, ἀλλ' ἀλήθεια· ἀληθινὰ γὰρ ἦν τὰ ῥήματα· ἁμαρτωλὸς γὰρ ἦν.

ε'. Τί γὰρ τελώνου χεῖρον, εἰπέ μοι; τῶν ἀλλοτρίων συμφορῶν ἐστὶ πραγματευτής, τῶν ἀλλοτρίων πόνων συμμεριστής· καὶ τὸν μὲν κάματον οὐκ ἐπιδέλπει, τὸ δὲ κέρδος συμμερίζεται· ὥστε ἐσχάτη ἁμαρτία τοῦ τελώνου. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶ τελώνης ἢ πεπαβήσασμένη βία, ἔννομος ἁμαρτία, εὐπρόσωπος πλεονεξία. Τί γὰρ χεῖρον τελώνου τοῦ καθεζομένου κατὰ τὴν ὁδόν, καὶ ἀλλοτρίων πόνων τοὺς καρπούς τρυγῶντος, καὶ ὅτε μὲν οἱ κάματοι, οὐδεμία αὐτῷ φρονεῖ, ὅτε δὲ τὸ κέρδος, ἐξ ὧν οὐκ ἔκαμε, τὴν μερίδα λαμβάνει; Ὅστε εἰ ἁμαρτωλὸς [293] ὢν ὁ τελώνης τοσαύτης ἐπέτυχε τῆς δωρεᾶς ταπεινοφρονήσας, πόσω μᾶλλον ὁ ἐνάρετος ὢν καὶ ταπεινοφροῦν; Ὅστε ἐὰν ὁμολογήσῃ τὰς ἁμαρτίας σου καὶ ταπεινοφρονήσῃ, δίκαιος γίνῃ. Θέλεις δὲ μαθεῖν ταπεινόφρων τίς ἐστὶ; βλέπε Παῦλον τὸν ὄντως ταπεινόφροντα, Παῦλον τὸν διδάσκαλον τῆς οἰκουμένης, τὸν ῥήτορα τὸν πνευματικόν, τὸ σκευὸς τῆς ἐκλογῆς, τὸν λιμένα τὸν ἀκύμαντον, τὸν πύργον τὸν ἀσάλευτον, τὸν ἐν σῶματι βραχεῖ τὴν οἰκουμένην κυκλοῦντα, καὶ καθάπερ ὑπόπτειν τινα ταύτην περιδραμόντα· βλέπε ἐκεῖνον ταπεινοφροῦντα, τὸν ἰδιώτην καὶ φιλόσοφον, τὸν πένητα καὶ πλούσιον. Ἐκεῖνον ἀληθῶς ταπεινόφροντα λέγω, τὸν μυριους καμάτους ἀνέλησαντα, τὸν μυρία τρόπαια κατὰ τοῦ διαδόλου ἐνδειξάμενον, τὸν κηρύττοντα καὶ λέγοντα, Ἡ χάρις αὐτοῦ εἰς ἐμὲ οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον κάρτερ ἐκοπίασα· ὁ φυλακῆς ὑπομείνας, καὶ πληγὰς καὶ μάστιγας· ὁ οὐρανὸν φωνῆ κληθεὶς, ἐκεῖνος ταπεινοφρονεῖ λέγων· Ἐγὼ γὰρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὅς οὐκ εἰμι ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. Εἶδες ταπεινοφροσύνης μέγεθος, εἶδες Παῦλον ταπεινοφροῦντα, ἐλάχιστον ἑαυτὸν καλοῦντα; Ἐγὼ γὰρ εἰμι, φησὶν, ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὅς οὐκ εἰμι ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ταπεινοφροσύνη, τὸ ταπεινοῦσθαι ἐν πᾶσι, καὶ ἑαυτὸν καλεῖν ἐλάχιστον. Ἐνόησον τίς ἦν ὁ λέγων ταῦτα τὰ ῥήματα· Παῦλος ὁ οὐρανοπολίτης, ὁ τὸ σῶμα ἀπλῶς

proficisceris? Atqui *Domini est terra et plenitudo ejus*. Num in mare? Nescis quod, *Ipsius est mare, et ipse fecit illud (Psal. 23. 1 et 94. 5)*? Num in cælum? Non audisti Davidem dicentem: *Videbo cælos tuos opera digitorum tuorum (Psal. 8. 4)*? Verumtamen ille timore correptus fugere se putabat: Deum namque vere fugere nemo potest. Ubi tamen eum mare restituit, et venit Niniven, prædicavit dicens: *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur (Jon. 3. 4)*. Ut autem intelligas hoc illum animo volentem sese in fugam convertisse, Deum nimirum, cum sit misericors, poenitentiam acturum super malitia, quam de illis erat loquutus, futurumque ipsum falsum prophetam, ipse per se indicat. Postquam enim in Ninive prædicavit, extra civitatem egressus est, et quid accideret observabat. Cum autem præterisse tres dies vidit, neque quidquam eorum, quæ comminatus fuerat, uspiam evenire, tum priorem suam cogitationem in mentem revocat, et ait: *Nonne isti sunt sermones mei quos dicebam: quoniam Deus misericors est, et longanimis, et agens poenitentiam super malitia hominum (Jon. 4. 2)*? Ne igitur tale quid accideret Eliæ, quale Jonæ, causam exponit Deus, propter quam Achaab condonavit. Et quid ait Eliæ Deus? *Vidisti, quemadmodum incesserit plorans et tristis Achaab coram me? Non faciam secundum malitiam ejus (3. Reg. 21. 29)*. Papæ: Dominus servi sit advocatus, et apud hominem Deus homini patrocinatur. Noli existimare, inquit, sine causa me illi pepercisse: mutavit mores, et iram meam mutavi atque mitigavi. Ne vero falsus propheta censearis, siquidem vera pronuntiasti; nisi mores mutasset, ea passurus erat, quæ sententia minabatur; verum iste mores mutavit, et iram meam ego mitigavi. Et ait Deus ad Eliam: *Vidisti quemadmodum incesserit Achaab plorans et tristis? Non faciam secundum iram meam. Vides ploratu peccata deleri?*

4. *Tertia poenitentiae via humilitas.* — Habes et tertiam poenitentiae viam. Porro multas poenitentiae vias dixi, ut diversitate viarum facilem tibi salutem reddam. Quænam est tandem hæc tertia via? Humilitas: humilis esto, et peccatorum vincula solvisti. Hujus quoque demonstrationem exhibet Scriptura, et lectio narrationis de publicano et Pharisæo (*Luc. 18. 10. sqq.*). Ascendebant, inquit, in templum Pharisæus et publicanus, ut orarent, et cœpit Pharisæus suas enumerare virtutes: Non sum ego, inquit, peccator sicut mundus totus, neque sicut iste publicanus. Misera et infelix anima<sup>1</sup>, totum orbem terrarum condemnasti: cur etiam proximum tuum afflixisti? non sufficiebat tibi totus orbis, nisi publicanum quoque damnare? omnes hac ratione vituperasti, et ne uni quidem viro pepercisti. Non sum ego sicut mundus totus, neque sicut iste publicanus: jejuno bis in hebdomada, decimas eorum, quæ possideo, do pauperibus. Arrogantiæ verba proloquutus est. Homo infelix, esto, terrarum orbem condemnasti, cur etiam proximum tuum publicanum reprehendisti? non exsa-

turatus es accusatione totius orbis, nisi et comitem tuum damnare? Quid igitur publicanus? Hæc cum audisset ille, non dixit: Tu vero quisnam es, qui mihi hæc objicis? unde tibi vita mea innotuit? non conversatus es mecum, non habitasti mecum, non mecum ætatem transegisti. Cur adeo superbis? quis bona opera tua suo testimonio commendat? cur te ipsum laudas? cur tibi ipsi blandiris? Sed nihil horum dixit publicanus, verum capite in terram inclinato adoravit, et dixit: *Deus propitius esto mihi peccatori*; et cum humilitatem præ se tulisset, justus est factus. Pharisæus autem amissa justitia ex templo descendit, et publicanus justitiam adeptus descendit; et verba facta vicerunt. Nam illo quidem operibus justitiam amisit; hic vero humilitatis sermone justitiam acquisivit. Quamquam ne humilitas quidem erat illud; siquidem humilitas est hoc, cum quis magnus cum sit, seipsum humiliat; hoc vero publicani factum non humilitas fuit, sed veritas: vera enim erant illa verba, cum peccator esset ille.

5. *Publicanorum conditio qualis.* — Quid enim, quæso, pejus publicano? in alienis calamitatibus lucra sectatus, alienorum laborum sit particeps: et molestiam quidem non respicit, quæsus autem in consortium venit: itaque summum est publicani peccatum. Nihil quippe aliud est publicanus, quam auidax et honesta quædam violentia, peccatum lege concessum, speciosa quædam rapina. Quid enim publicano pejus, qui juxta viam sedet, et alienorum fructus laborum metit, et cum labores quidem subeundi sunt, nihil curat, cum vero lucrum obvenit, in participationem venit eorum, in quibus minime laboravit? Itaque si cum peccator esset publicanus, tantum adeptus est donum, cum humilitatem exhibuisset: quanto magis qui virtute præditus sit, et humilitatem exhibeat? Ergo si peccata tua confitearis, et humilis sis, justus evadis. Scire cupis quis vere sit humilis? Paulum respice qui vere humilis erat, Paulum doctorem orbis terrarum, spiritualem oratorem, vas electionis, portum tranquillum, turrin inconcussam, qui modico cum esset corpore, totum orbem terrarum circumivit, et quasi alatus esset illum percurrat. Cerne illum humiliter ac modeste sentientem de se, idiotam et philosophum, egenum et divitem. Illum vere humilem dico, qui labores innumeris exantlarat, qui mille tropæa adversus diabolum erexerat, qui prædicabat, ac dicebat: *Gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus laboravi (1. Cor. 15. 10)*: qui carceres sustinuit, et plagas, et verbera, qui orbem terrarum epistolis venatus est, qui cælesti voce vocatus est, ille humilis erat, cum diceret: *Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus (1. Cor. 15. 9)*. Vides humilitatis magnitudinem? vides humiliter sentientem de se Paulum, qui seipsum minimum vocet? *Ego enim sum, inquit, minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus*. Hoc enim vere humilitas est, in omnibus seipsum abjicere, ac se minimum appellare. Cogita quisnam esset is, qui hæc verba proferebat: Paulus cælorum civis, qui corpore erat utcum-

<sup>1</sup> Unus Ms., *Miser et insensibilis animo*.

quo circumdatus, Ecclesiarum columna, terrestris angelus, homo celestis. Etenim hujus viri mentioni libenter immoror, dum virtutis ejus pulchritudinem specto. Non ita sol exoriens et splendoris emittens radios oculos meos exhilarat, ut Pauli virtus mentem meam illuminat. Nam sol quidem illustrat oculos, at Paulus ad ipsos fornices cælorum nos evehit: animam enim sublimiorem sole, ac luna reddit celsiorem. Talis quippe virtutis est potentia, ut hominem in angelum convertat, efficiatque ut anima velut pennis prædita in cælum tendat: hanc virtutem nos docet Paulus: hujus virtutis imitatores fieri studeamus. Sed non oportet nos a proposito digredi argumento. Hic enim scopus orationis nostræ fuit, ut tertiam pæ-

nitentiam viam esse humilitatem ostenderemus, publicanum non seipsum ultra modum depressisse, sed veritatem esse confessum, cum sua peccata detegeret, ac justum esse factum, non cum pecunias numerasset, non cum maria emensus esset, neque cum multum iter pedibus confecisset, neque cum immensa aquora peragrasset, neque cum amicos rogasset, neque cum multum temporis impendisset, sed humilitatis eum opera sibi justitiam comparasse, ac regno cælorum esse donatum: cujus nos omnes utinam compotes fieri contingat, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gratia et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## EJUSDEM ORATIO

DE ELEEMOSYNA, ET IN DECEM VIRGINES (a).



### HOMILIA III.

1. *De homilia præcedenti loquitur.* — An novistis unde nobis nuper sermo inceperat, aut quo desierat, aut ex quo argumento, in quod desierant prioris homiliæ verba? Sed vos oblitos existimo, quo loco a nobis ille sermo finitus sit; ego vero novi, neque vos accuso aut redarguo. Quisque enim vestrum uxorem habens parvulus studet, et quæ domi sunt curat omnia: alii militiam sectantur, alii artifices sunt, ac vestrum quisque diversis insudat operibus. Nos vero in his versamur, in his cogitamus, atque in his nostrum terminus tempus. Itaque ea in re haud accusandi estis, magis pro studio laudandi, quod nulla nos relinquatis Dominica die, sed omnibus neglectis ad ecclesiam veniatis. Is enim laudum est cumulus civitati nostræ, non tumultum et suburbia, non domos deauratis trabibus, et triclinia, sed diligentem populum habere atque excitatum. Neque enim ex frondibus generosam arborem, sed ex fructibus agnossumus. Idcirco enim mutis animalibus prælati sumus, quod sermonem habeamus, sermone mutuo colloquamur, sermonem amemus. Homo enim qui a sermone abhorret, jumentis est minus rationalis, non satis sciens cujus gratia honoratur, atque unde honorem accepit. Quare bene propheta, *Homo*, inquit, *cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psal. 48. 13)*. En, homo, cui proprium loqui, sermonem non amas, et quamvis indulgentia dignaberis? Itaque mihi præ omnibus magis necessarii estis quotquot ad virtutis sermonem advolvistis, et omnia divino verbo posteriora duxistis. Age ergo nos quoque rem aggrediamur, atque iis, quæ nuper diximus, sequentia connectamus. Debeo enim vobis, atque ipse læto vobis

animo debitum persolvo: non enim id mihi inopiam offert, sed divitias colligit. In externis negotiis a creditoribus debitores fugiunt, quo minus reddant; ego vero persequor, ut reddam: et merito quidem. Nam exteris in rebus restitutio inopiam parit; ipsa vero sermonis dispensatio gignit divitias. Exempli causa: debeo cuidam pecuniam: si persolvero, nequit et apud illum esse atque etiam apud me, sed a me deficiens, illi adhæsit; sermonem vero si persolvero, et mecum est, atque vos omnes habetis: si sermonem retinero, neque communicavero, tunc inops sum: si persolvero, tunc ditior sum; si non persolvero sermonem, solus ipse ditesco: si persolvero, cum omnibus vobis fructum refero.

*Multæ viæ pœnitentiæ. Exempla proponuntur.* — Eia ergo debitum reddamus. Quidnam id est? De pœnitentia sermonem instituimus nuper ac diximus quod multæ varietate sunt pœnitentiæ viæ, quibus facilis nobis salus fiat. Nam si unam nobis dedisset Deus viam pœnitentiæ, repulsemus eam utique, dicentes: Nequimus hanc ingredi, salvari nequimus. Nunc ipsam hanc tuam amputans objectionem, non unam tibi, neque secundam, neque tertiam, sed plures ac diversas dedit, quo multitudine tibi ad cælum facilis ascensus fiat. Et dicebamus facilem pœnitentiam, neque onus in ea esse. Peccator es? ecclesiam ingredi: dic, Peccavi, et solvisti peccatum. Produximus enim peccantem David, et solventem peccatum. Hinc secundam subjecimus viam, super peccatum flere, et diximus: Quisnam hic labor? non pecuniam opus effundere, non longas ire vias, neque aliud quid agere, sed peccatum flere dumtaxat. Hoc de Scriptura induximus, quod in Achaab Deus consilium mutavit, eo quod fleverit, quod mœstus fuerit; atque hoc ipse dicebat Eliæ: *Vidisti ut incesserit Achaab coram me flere, et contristatus? Non faciam secundum iram meam*<sup>1</sup>,

(a) Collata cum Mss. Regiis 2037, et 2424, qui mendis scatet. Atque ita differt ab editione Morelli, ut alia prorsus series videatur. Multum item variat Savilius: quæ magis necessaria videbantur notavimus. Savil. sic titulum effert: *De pœnitentia et de eleemosyna homilia sexta.*

<sup>1</sup> in Savil., secundum iram meam quam dixi.

παρικείμενος, ὁ στύλος τῶν Ἐκκλησιῶν, ὁ ἐπίγειος ἄγγελος, ὁ ἐπουράνιος ἄνθρωπος. Ἠδέως γὰρ λοιποὶν ἐνδιὰ τριβῶ τῷ ἀνθρώπῳ, θεωρῶν αὐτοῦ τὸ κάλλος τῆς ἀρετῆς. Οὐχ οὕτως ἥλιος ἀνατείλας καὶ λαμπρὰς ἀφίεις τὰς ἀκτίνας ἐφ' ἑαυτὴν μου τὰς ὄψεις, ὡς τὸ πρόσωπον Παύλου καταυγάζει μου τὴν διάνοιαν· ὁ μὲν γὰρ ἥλιος τὰς ὄψεις φωτίζει, ὁ δὲ Παῦλος εἰς αὐτὰς ἀναπτεροῦ τὰς ἀφίδας τῶν οὐρανῶν· τὴν γὰρ ψυχὴν καὶ ὑψηλοτέραν τοῦ ἡλίου ἀπεργάζεται, καὶ ἀνωτέραν τῆς σελήνης· τειαιυτὴ γὰρ ἡ δύναμις τῆς ἀρετῆς· ἄγγελον τὸν ἄνθρωπον ποιεῖ, τὴν ψυχὴν ἀναπτεροῖ εἰς τὸν οὐρανόν. Ταύτην τὴν ἀρετὴν διδάσκει ἡμᾶς ὁ Παῦλος· σπουδάσωμεν ζηλωταὶ αὐτοῦ γενέσθαι τῆς ἀρετῆς. Ἄλλ' οὐ δεῖ ἐξελθεῖν ἡμᾶς τοῦ προκειμένου· δεῖξαι

γὰρ ἦν ὁ σκοπὸς τρίτην ὁδὸν μετανοίας τὴν ταπεινοφροσύνην, ὅτι ὁ τελώνης οὐκ ἐταπεινοφρόνησεν, ἀλλ' ἀλήθειαν εἶπε, τὰς ἰδίας ἀμαρτίας γυμνώσας<sup>a</sup>, καὶ δίκαιος ἐγένετο, οὐ χρήματα καταβαλὼν, οὔτε πελάγη διατεμὼν, οὔτε πολλὴν ὁδὸν πεζεύσας, οὔτε ἀπειρα πελάγη περάσας, οὔτε φίλους ἀξιώσας, οὔτε χρόνον πολὺν καταναλώσας, ἀλλὰ διὰ ταπεινοφροσύνης δικαιοσύνην ἐκτήσατο, καταξιωθεὶς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>a</sup> Savil. ἀπογυμνώσας.

## • ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ

[294] *Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ εἰς τὰς δέκα παρθένους.*

### Ὁμιλία γ'.

α'. Ἄρα οἴδατε, πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος πρῶτην ἤρξατο, ἣ ποῦ κατέλυσεν<sup>b</sup>, ἣ ἐκ ποίας ὑποθέσεως εἰς ποῖαν ἔληξε τὰ τῆς προτέρας ὁμιλίας ῥήματα; Ἄλλ' ὑμᾶς<sup>c</sup> μὲν νομίζω ἐπιλεῖσθαι ποῦ ἡμῖν ὁ λόγος κατέπαυσεν· ἐγὼ δὲ οἶδα, καὶ οὐκ αἰτιῶμαι ὑμᾶς ἐν τούτῳ οὐδὲ κατηγορῶ. Ἐκαστος γὰρ ὑμῶν γυναῖκα ἔχει, καὶ παίδων ἀντέχεται, καὶ τῶν περὶ τὸν οἶκον φροντίζει· πάντων· οἱ μὲν καὶ ἐν στρατείαις ἀσχολοῦνται, ἄλλοι δὲ χειροτέχναι εἰσι· καὶ εἰς διαφόρους χρεῖας ἕκαστος ὑμῶν ἀσχολεῖται. Ἡμεῖς δὲ ἐν τούτοις στρεφόμεθα, καὶ ἐν τούτοις μελετῶμεν, καὶ ἐν τούτοις τὸν χρόνον ἡμῶν διατρέβομεν· ὥστε οὐ μεμπέοι ἐστέ ἐν τούτῳ, ἀλλ' ἐπανιτέοι ἐν τῇ σπουδῇ, ὅτι οὐδὲ μίαν ἡμᾶς Κυριακὴν καταλειπάνετε, ἀλλὰ πάντων καταφρονούντες εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντᾶτε. Τοῦτο γὰρ μέγιστον ἐγκώμιόν ἐστι τῆς ἡμετέρας πόλεως, οὐ τὸ θορύβους ἔχειν καὶ προάστεια, οὐδὲ χρυσοφόρους οἴκους καὶ τρικλίνους, ἀλλὰ τὸ ἔχειν δῆμον σπουδαῖον καὶ διεγρηγερμένον. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν φύλλων τὴν εὐγένειαν τοῦ δένδρου, ἀλλ' ἐκ τῶν καρπῶν ἐπιγινώσκομεν. Διὰ τοῦτο γὰρ τῶν ἀλόγων ζώων προτετιμῆμεθα ἐν τῷ λόγον ἔχειν, καὶ λόγου μεταλαμβάνειν, καὶ λόγου ἐρᾶν· ἄνθρωπος γὰρ μὴ ἐρῶν λόγου, πολὺ ἀλογώτερος τῶν κτηνῶν ἐστί, μὴ εἰδὼς διὰ τί ἐτιμῆθη, καὶ πόθεν ἔχει τὴν τιμὴν. Καὶ καλῶς ἔλεγεν ὁ προφήτης· Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ἀμωμώθη αὐτοῖς. Ἄνθρωπος λογικὸς ὢν, λόγον οὐκ ἔραξ· εἶπέ μοι, καὶ ποῖαν ἔξεις συγκώμιον; Ὡστε ὑμεῖς ἐμοὶ πάντων ἀναγκαιότεροι οἱ πρὸς τὸν λόγον τῆς ἀρετῆς ἀναπτερούμενοι, καὶ πάντα τῶν θείων λόγων δευτέρα τιθέμενοι. Φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς τῆς ὑποθέσεως ἀψώμεθα, καὶ τῶν πρῶτην ῥηθέν-

των τὰ ἀκόλουθα εἰπωμεν· χρεωστῶ γὰρ ὑμῖν, καὶ ἠδέως καταβάλλω τὸ χρέος· οὐ γὰρ πενίαν μοι φέρει, ἀλλὰ πλοῦτον συνάγει. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἐξωθεν πραγμάτων οἱ χρεῖστοι φεύγουσι τοὺς δανειστάς πρὸς τὸ μὴ ἀποδοῦναι, ἐγὼ δὲ καταδιώκω εἰς τὸ ἀποδοῦναι, καὶ μάλα γε εἰκότως· ἐπὶ γὰρ τῶν ἐξωθεν πραγμάτων ἡ ἀπόδοσις πενίαν ἐργάζεται, ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου ἡ ἀπόδοσις πλοῦτον γεννᾷ. Οἷόν τι λέγω· χρήματα χρεωστῶ τινι ταῦτα ἐὰν καταβάλω, οὐ δύναται καὶ παρ' ἐκείνῳ εἶναι καὶ παρ' ἐμοὶ, ἀλλ' ἀπ' ἐμοῦ μὲν ἀνεχώρησεν, ἐκείνῳ δὲ ἐκολλήθη· λόγον δὲ ἐὰν καταβάλω, καὶ μετ' ἐμοῦ ἐστί, καὶ πάντες αὐτὸν ἔχετε· ἐὰν κατάσχω τὸν λόγον, καὶ μὴ μεταῶ, τότε πένης εἶμι, ὅταν δὲ καταβάλω, τότε εὐπωρύτερος γίνομαι· ἐὰν μὴ καταβάλω τὸν λόγον, τότε μόνος πλοῦτῶ, ἐὰν δὲ καταβάλω, μετὰ πάντων ὑμῶν τὸν καρπὸν ἀποφέρωμαι.

Φέρε οὖν ἀποδῶμεν τὸ χρέος· τί δὲ ἦν [295] τοῦτο; Περὶ μετανοίας τὸν λόγον ἐγυμνάζομεν πρῶτην καὶ ἐλέγομεν, ὅτι πολλὰ καὶ ποικίλαι ὁδοὶ τῆς μετανοίας, ἵνα εὐκολὸς ἡμῖν γένηται ἡ σωτηρία. Εἰ γὰρ μίαν ἡμῖν ἔδωκεν ὁδὸν ὁ Θεὸς μετανοίας, ἀνεβαλόμεθα ἂν λέγοντες· Οὐ δυνάμεθα ταύτην μετελθεῖν, σωθῆναι οὐ δυνάμεθα· νῦν δὲ ἐκκόπτων σου τὴν πρόφασιν ταύτην, οὐ μίαν σοι δέδωκε μόνον ὁδὸν, οὐδὲ δευτέραν, οὐδὲ τρίτην, ἀλλὰ πολλὰς καὶ διαφόρους, ἵνα τῷ πλήθει εὐκόλῳ σοι ποιήσῃ τὴν ἀνάσασιν τὴν εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ ἐλέγομεν ὅτι εὐκόλος ἡ μετάνοια, καὶ οὐδὲν βάρος ἐν αὐτῇ. Ἄμαρτωλὸς εἶ; εἰσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, εἰπέ ὅτι ἡμάρτηκα, καὶ ἔλυσας τὴν ἀμαρτίαν. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Δαυὶδ παρηγάγομεν εἰς μέσον ἀμαρτήσαντα, καὶ λύσαντα τὴν ἀμαρτίαν· εἶτα δευτέραν ὁδὸν ὑπεθέμεθα, τὸ πενήθησαι ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ, καὶ ἐλέγομεν, ποῖος κάματος οὗτος; οὐκ ἐνὶ χρήματι καταβαλεῖν, οὐδὲ πολλὴν ὁδὸν πεζεύσαι, οὔτε τι ἄλλο τοιοῦτον, ἀλλὰ πενήθησαι μόνον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ· καὶ παρηγάγομεν ἀπὸ τῆς Γραφῆς τοῦτο, ὅτι ὁ Θεὸς μετεμελήθη ἐπὶ τοῦ Ἀγαθάβ, διὰ τὸ πενήθησαι αὐτὸν καὶ σκυθρωπάσαι· καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔλεγε τῷ Ἠλία· Εἶδες πῶς ἐσκορεύθη Ἀγαθάβ ἐνώπιόν μου πενήθων, καὶ σκυθρωπάσων; Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ λό-

<sup>a</sup> Sic se habet in Savillio titulus: Περὶ μετανοίας καὶ ἐλεημοσύνης λόγος γ'.

<sup>b</sup> Morel. ὅπου κατέλυσεν, Savil. ἣ ποῦ κατέληξε, mss. Reg. ἣ ποῦ κατέλυσεν. Deinde Savil. sic pergit πόθεν ἤρξαμεθα, ἣ τοῦ ἐπαυσάμεθα; ἣ ἐκ ποίας ὑποθ. Mss. Reg. autem ἣ ποῦ ἐπαυσάμεθα τῆς προτέρας.

<sup>c</sup> Savil. καὶ οἴκου φροντίζει. Unus Reg. καὶ τὰ περὶ οἴκου φροντίζει ἅπαντα. Mox idem ἄλλοι δὲ ἐν χειροτέχναις, καὶ εἰς.. ἡμῶν ἀναστρέφεται, καὶ εἰς.

θυμόν μου. Εἶτα καὶ τρίτην ὁδὸν ἐδιδάμαμεν μετανόιας, καὶ παρηγάγομεν ἐκ τῆς Γραφῆς εἰς τὸ μέσον τὸν Φαρισαῖον καὶ τὸν τελώνην, ὅτι ὁ μὲν Φαρισαῖος ὑπερηφάνως ἀλαζονεύμενος, τῆς δικαιοσύνης ἐξέπεσεν· ὁ δὲ τελώνης ταπεινοφρονήσας, ἔγκαρπος δικαιοσύνης κατήλθε, καὶ οὔτε ἓνα κάματον ἀναλώσας δίκαιος ἐγένετο· ῥήματα ἔβαλε, καὶ πράγματα ἔλαβε. Φέρε οὖν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἔλθωμεν, καὶ τετάρτην ὁδὸν μετανόιας προἰξωμεν· ποίαν δὲ ταύτην; Λέγω δὴ τὴν ἐλεημοσύνην τὴν βασιλεῖα τῶν ἀρετῶν, τὴν ταχέως ἀνάγουσαν εἰς τὰς ἀψίδας τῶν οὐρανῶν τοὺς ἀνθρώπους<sup>a</sup>, τὴν συνήγορον τὴν ἀρίστην. Μέγα πρᾶγμα ἐλεημοσύνη· διὰ τοῦτο καὶ Σολομὼν ἐβόα· *Μέγα ἀνθρώπος καὶ τίμιος ἀνὴρ ἐλεήμων*. Μεγάλα τὰ πτερὰ τῆς ἐλεημοσύνης· τέμνει τὸν ἀέρα, παρέρχεται τὴν σελήνην, ὑπερβαίνει τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου, εἰς αὐτὰς ἀνέρχεται τὰς ἀψίδας τῶν οὐρανῶν. Ἄλλ' οὐτ' ἐκεῖ ἴσταται, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν παρέρχεται, καὶ τοὺς δῆμους τῶν ἀγγέλων παρατρέχει, καὶ τοὺς χοροὺς τῶν ἀρχαγγέλων, καὶ τὰς ἀνωτέρας πύλας δυνάμεις, καὶ αὐτῷ παρίσταται τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ· καὶ ἐξ αὐτῆς διδάχθητι τῆς Γραφῆς τοῦτο λεγούσης· *Κορηΐαι, αἱ προσερχαί σου, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέδησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*. Τὸ δὲ, *Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ* ἔστι, Κἂν πολλὰς ἔχῃς ἁμαρτίας, ἐλεημοσύνη δὲ ἡ συνήγορος, μὴ φοβοῦ· οὐδεμία γὰρ αὐτῇ τῶν ἔκω δυνάμεων ἀντιτάσσεται· χρέος ἀπαιτεῖ. Ἴδιον ἔχει χειρόγραφον μετὰ χεῖρας βασιλεύουσα<sup>b</sup>. Αὐτοῦ γὰρ ἔστι τοῦ Δεσπότης φωνή, ὅτι *Ὁς ἂν ποιῆσῃ ἐνὶ τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἔμοι ἐποίησεν*. Ὡστε οὖν ὅσας ἔχεις ἄλλας ἁμαρτίας, ἡ ἐλεημοσύνη σου βαρεῖ τὰς ὄλας.

[296] β'. Ἡ οὐκ ὀδὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῶν δέκα παρθένων τὸ ὑπόδειγμα, πῶς αἱ μὴ ἔχουσαι ἐλεημοσύνην, παρθέναι δὲ ἀσκήσασαι· ἔξω ἔμειναν τοῦ νυμφῶνος; *Ἦσαν γάρ, φησὶ, δέκα παρθένοι, πέντε μωραὶ, καὶ πέντε φρόνιμοι*· καὶ αἱ μὲν φρόνιμοι ἔλαιον εἶχον, αἱ δὲ μωραὶ ἔλαιον οὐκ εἶχον, ἐσβέννυντο δὲ αἱ αὐτῶν λαμπάδες. Προσελθούσαι δὲ αἱ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον· *Δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγέλων ὑμῶν*. Αἰσχύνομαι καὶ ἐρυθρῶ καὶ δακρῦν, ὅταν παρθένον μωρὰν ἀκούσω τοῦτο τὸ ὄνομα ἀκούων ἐρυθρῶ, μετὰ τοσαύτην ἀρετὴν, μετὰ παρθενίας ἀσκησιν, μετὰ τὸ σῶμα εἰς οὐρανὸν ἀναπερῶσαι, μετὰ τὸ πρὸς τὰς ἄνω δυνάμεις τὴν ἀμιγλάν ἔχειν, καὶ τὸν καὶ τῶν ἄνω ὑπομείναι, μετὰ τὸν κάμινον τῆς ἡδονῆς καταπατήσαι· τότε μωρὰ ἤκουσαν, καὶ δικαίως μωραὶ, ὅτι τὸ μέγα ποιήσασαι, ὑπὸ τοῦ μικροῦ ἠτήθησαν. *Καὶ προσῆλθον, φησὶν, αἱ μωραὶ,*

<sup>a</sup> Savil. et Reg τὴν ταχὺ ἀνοίγουσιν τὰς ἀψίδας.. τοῖς ἀνθρώποις. Ultraque lectio quadrat.

<sup>b</sup> Savil. : « Κορηΐαι... ἀνέδησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Τὸ δὲ, « ἐνώπιον Θεοῦ, » τοῦτο ὅστι, Κἂν πολλὰς ἔχῃς ἁμαρτίας, ἐλεημοσύνη δὲ ἔχῃς μετὰ σου συνήγορον, μὴ φοβοῦ· οὐδεὶς γὰρ αὐτῇ τῶν ἄνω δυνάμεων ἀντιτάσσεται. « Ἐλεος κατακαυχᾶται κρίσεως » καὶ, « Τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι » καὶ, « Ἐφ' ὅσον ἐποίησατε ἐνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐλαχίστων, ἔμοι ἐποίησας. » Καὶ πολλὰ ἕτερα ἔστιν εὐρεῖν ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ἐγγεγραμμένα, καθὼς λέγει ἡ Γραφή. Χρέως γὰρ ἀπαιτεῖ ἴδιον, χειρόγραφον βασιλεύουσα τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Vide notam Latinam.

<sup>c</sup> Hæc est lectio Savilli, quam recipere placuit. Vulgo pro τὸν καὶ τῶν ἄνω, legebatur τὸν κάματον ποιῆσαι, et post τὸς μωρὰς vox ἤκουσαν aberat. Emitt.

καὶ εἶπον ταῖς φρονίμοις· Δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγέλων ὑμῶν. Αἱ δὲ εἶπον· Οὐ δύναμθα δεῦναι ὑμῖν, μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· οὐ δὲ ἀσπλαγχνίαν τοῦτο ποιῶσαι, οὐδὲ διὰ κακίαν, ἀλλὰ ἐκ τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ· Εμελλε γὰρ ὁ νυμφίος ἔρχεσθαι. Εἶχον καὶ αὐταὶ λαμπάδας· ἀλλ' ἐκείνων μὲν εἶχον ἔλαιον, αὐτῶν δὲ οὐκ εἶχον. Τὸ γὰρ πῦρ ἔστιν ἡ παρθενία, τὸ δὲ ἔλαιον ἔστιν ἡ ἐλεημοσύνη. Ὡστε οὖν τὸ πῦρ, ἐν μὴ ἔχῃ ἔλαιον ἐπιστάζον, ἀφανίζεται, οὕτω καὶ ἡ παρθενία, ἐὰν μὴ ἔχῃ ἐλεημοσύνην, σβέννυται. Δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγέλων ὑμῶν. Αἱ δὲ πρὸς αὐτὰς· Οὐ δύναμθα δεῦναι ὑμῖν. Ἄλλ' οὐ κακίας τὸ ῥῆμα τοῦτο· ἀλλὰ φόβου· *Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν μήποτε ὡς ζητοῦμεν ὕλαι εἰσελθεῖν, ὕλαι ἀπομεινωμέναι*. Ἄλλ' ἀπελθούσαι ἀγοράσατε ἀπὸ τῶν πωλοῦτων. Τίνας δὲ οἱ ἔμποροι τοῦ ἔλαιου τούτου; ὁ οἱ πωροὶ, οἱ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθεζόμενοι πρὸ τῆς ἐκκλησίας. Καὶ πόσου; Ὅσου θέλεις· τιμὴν οὐκ ἐπιτιθημί, ἵνα μὴ πένιαν προβάλλῃ. Ὅσον ἔχεις, τοσοῦτο ἀγόρασον ἐκ τῶν ὀβολῶν; ἀγόρασον τὸν οὐρανὸν· οὐχ ὅτι εὐνομὸς ὁ οὐρανός, ἀλλ' ὅτι φιλόανθρωπος ὁ Δεσπότης. Οὐκ ἔχεις ὀβολόν; ποτήριον ὀδὸς ψυχροῦ ὕδατος; Ὅς ἂν ποιῆσῃ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος ἓνα τῶν ἐλαχίστων τούτων ἔνεα ἔμοι, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Ἐμπόρι καὶ πραγματεία ὁ οὐρανός, καὶ ἡμεῖς ἀμειλούμεν. Ἄς ἄρτον, καὶ λαβὲ παράδεισον· ὀδὸς μικρὰ, καὶ λαβὲ μεγάλη· ὀδὸς θνητὰ, καὶ λαβὲ ἀθάνατα· ὀδὸς φθαρτὰ, καὶ λαβὲ ἀφθαρτα. Εἰ ἦν πανήγυρις, καὶ εὐωνύμιαν ἔχουσι, καὶ ἀφθονίαν σιτίων, καὶ τὰ πολλὰ ὀλίγου πιπρασκόμενα, οὐκ ἂν τὰς οὐσίας διαπωλῆσαντες, καὶ πάντα δεύτερον θέντες, τῆς πραγματείας ἐκείνης περικρατεῖς ἐγένεσθε; Καὶ ὅπου μὲν φθαρτὰ, τοσαύτην ἐνδείκνυσθε σπουδὴν· ὅπου δὲ πραγματεία ἀθάνατος, τοσοῦτο βᾶθμυμετε καὶ ἀναπεπτόκατε; Ὀδὸς πένητι, ἔνα κἂν σύ σιωπῆς, καὶ μυρία στόματα ὑπὲρ σου ἀπολογῶνται, τῆς ἐλεημοσύνης ἐνεστώσης καὶ συνηγορούσης· λυτрон ψυχῆς ἔστιν ἐλεημοσύνη. Διὰ τοῦτο ὡστε οἱ λουτήρες ὕδατος πεληρωμένοι εἰσι πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας, ἵνα νύξῃ τὰς χεῖρας· οὕτω τῆς ἐκκλησίας ἔξω οἱ πένητες καθίζοντι, ἵνα πλύνῃς τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς. Ἐπλυνας τὰς χεῖρας [297] τὰς αἰσθητὰς τῷ ὕδατι; πλύνον τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς τῇ ἐλεημοσύνη. Μὴ πένιαν προβάλλου, ἡ χεῖρα ἐν τῷ ἰσχυρῷ τῆς πενίας ἐξένισσε τὸν Ἥλιον, καὶ ἡ πένια κώλυμα οὐκ ἐγένετο, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς χαρῆς αὐτὸν ὑπεδέξατο· διὸ καὶ ἀξίους ἀπέλαβε τοὺς καρπούς, καὶ ἐθέρισε τὸν στάχυν τῆς ἐλεημοσύνης. Ἄλλ' ἴσως ὁ ἀκροατὴς φησὶ, Δός μοι τὸν Ἥλιον. Τί ζητεῖς τὸν Ἥλιον; τὸν Δεσπότην σοι δίδωμι τοῦ Ἥλιου, καὶ οὐ τρέφεις αὐτόν. Τὸν Ἥλιον αἱ εὐρές, πῶς ἂν ἐξένισας αὐτόν; Χριστοῦ ἔστι τοῦ Δεσπότητος τῶν ὅλων ἀπόφασις· Ὅς ἂν ποιῆσῃ ἐνὶ τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἔμοι ἐποίησεν. Εἰ βασιλεὺς ἓνα τινὰ ἐκάλεσεν ἐπὶ τοῦ δεῖπνου, καὶ

<sup>d</sup> Οἱ πωροὶ... καθεζόμενοι. Καὶ πόσον; ὅσον θέλεις· ἔστι ἰσχυρεῖς· οὐχ ὅσον θέλει ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅσον ἰσχυρεῖς σύ... προβάλλῃ. Ὅσον ἔχεις ὀβολῶν, ἀγόρασον τὸν οὐρανόν... ὁ Δεσπότης. Οὐκ ἔχεις χρυσίον δεῦναι; ὀδὸς ἀργύριον, ὀδὸς ὀβολόν, ὀδὸς ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος. Τὸ γὰρ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον οὐ τὸ μέτρον τῶν δεινόμενων ὀρίζει ὁ Θεός, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς οὐσίας τοῦ δεινόμενου. Sic Savil., qui ita variare pergit. Emitt.



(5. Regum 21. 29). Hinc tertiam dedimus pœnitentiæ viam<sup>1</sup>, ac de Scriptura Pharisæum duximus in medium, simul et publicanum: quod Pharisæus quidem superbe elatus, a justitiâ exciderit; publicanus vero humiliter sentiens, fructum justitiæ suscepit, neque ullo suscepto labore justificatus sit: verba dedit, res accepit. Age ergo cœptum sequamur, et quartam proferamus pœnitentiæ viam. Et quænam ea est? Eleemosyna, regina virtutum, quæ homines celerrime ipsorum in calorum axes adducit<sup>2</sup> advocati optimi loco fungens. Magna res eleemosyna; propterea clamabat et Salomon: *Magna res homo, et pretiosa vir misericors* (Prov. 20. 6). Magnæ sunt alæ eleemosynæ: præcidit aerem, transit lunam, solis radios excedit, ad ipsum venit calorum culmen. Sed nec illic subsistit, ipsos pertransiens calos, et angelorum turnas decurrens, archangelorumque choros, et omnes superiores potestates, ipsi assistit regali throno: quod ex ipsa discite Scriptura: *Corneli, eleemosynæ, inquit, et orationes tuæ ascenderunt in conspectu Dei* (Act. 10. 4). Illud autem, *In conspectu Dei*, est, tametsi multa habueris peccata, si advocatrix eleemosyna sit, ne timeas. Nulla enim ex supernis potestatibus huic resistit: debitum reposcit, chirographum suum manibus gestans. Ipsius enim Domini est vox<sup>3</sup>: *Si quis fecerit uni ex minimis his, mihi fecit* (Math. 25. 40). Ita ergo quotquot alia habueris peccata, eleemosyna tua omnibus est gravior.

2. *Oleum est eleemosyna quæ quinque virginibus fatuis deficiebat.* — Annon intellexisti in evangelio decem virginum parabolam, quod eleemosynam non habentes, virginitatem licet servarent, extra thalamum nuptialem manserunt? *Erant enim, inquit, decem virgines, quinque fatuæ et quinque prudentes* (Ibid. v. 2. 3): prudentes quidem oleum habebant, stultæ vero non habebant oleum, sed earum lampades exstinguiebantur. Accedentes autem stultæ ad prudentes dixerunt: *Date nobis oleum de vasis vestris* (Ib. v. 8). Pudet me et rubore confundor et lacrymor virginem stultam audiens. Erubesco cum audio nomen, post talem virtutem, et virginitatis studium, ubi corpus in cælum erexerant, ubi cum ipsis supernis virtutibus certamen habuerant, æstumque toleraverant, ubi ipsam voluptatis flammam conculcaverant<sup>4</sup>, tunc fatuæ, et jure fatuæ vocabantur, quod majus cum fecissent, a minore victæ sint. *Et accedentes fatuæ dixe-*

*runt supientibus: Date nobis oleum de vasis vestris. Ille autem dixerunt: Non possumus vobis dare, ne forte non sufficiat nobis et vobis* (Math. 25. 8. 9): non ex inclementia vel improbitate id agentes, sed propter temporis angustias: venturus enim erat sponsus. Habebant et ipsæ lampades; sed illarum quidem vasa oleum habebant, harum vero non habebant. Ignis est virginitas, oleum autem est eleemosyna; nam in ignis, nisi oleum destillans habeat, perit; sic virginitas, nisi conjunctam habeat eleemosynam, exstinguitur. *Date nobis oleum de vasis vestris.* At illæ responderunt ipsis: *Non possumus vobis dare. Et non malitiæ illud verbum, sed timoris: Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ne forte quemadmodum omnes intrare quærimus, omnes remaneamus; sed abeuntes emite vobis a vendentibus.* Quinam sunt mercatores olei hujus? Pauperes ad eleemosynam pro foribus ecclesiæ sedentes. Et quanti emitur? Quanti liberit: pretium non appono, ne obicias inopiam. Quanti potes, tanti eme. Habes obolum? eme cælum, non quod vili pretio venale sit cælum, sed quod clemens sit Dominus. Non habes obolum? da calicem frigidæ aquæ: inquit enim: *Quicumque dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ propter me, non perdet mercedem suam* (Math. 10. 42). Mercatura negotiatioque cælum est, et nos pigritamur. Da panem, et accipe paradisum: parva da, et magna suscipe: da mortalia, immortalia recipe: da corruptibilia, incorruptibilia accipe. Si essent nudinæ atque in iis annonæ vilitas et abundantia, multaque parvo emeantur, annon substantiam vendentes, cunctaque postponentes, in partem ejus negotiationis veniretis? Ubi corruptibilia sunt, tanto studio laboratis: et ubi immortalis est negotiatio, pigritamini, atque adeo conciditis? Da inopi, ut, quamvis tu tacueris, ora pro te respondeant infinita, eleemosyna tua stante ac patrocinate: pretium redemptionis animæ eleemosyna est. Ideo quemadmodum vasa aquæ plena pro foribus ecclesiæ<sup>5</sup> sunt, quo manus laves, sic et pauperes pro ecclesia sedent, ut animæ manus ablvas. Aqua manus corporeas lavisti? eleemosyna manus animæ lava. Ne inopiam prætendas: vidua in extrema paupertate Eliam hospitabatur (3. Reg. 17), ac paupertas non fuit impedimento, sed eximio cum gaudio suscepit eum: quare et dignos recepit fructus, et metens eleemosynæ spicam legit. Sed fortasse auditor dicet, Da et mihi Eliam. Quid quæris Eliam? Dominum Eliæ do tibi, nec ipsum cibas: Eliam si inveneris, quomodo hospitaberis? Christi universorum Domini sententia est, *Quicumque uni ex minimis fecerit, mihi fecit* (Math. 25. 40). Si forte rex quempiam ad cœnam appellaverit, atque, famulis adstan-

<sup>1</sup> Savil., hinc monstravimus tertiam pœnitentiæ viam.

<sup>2</sup> Savil. et Reg., quæ celeriter aperit azes calorum: utraque lectio quadrat.

<sup>3</sup> Sav., ascenderunt, in memoraculum, in conspectu Dei. Illud vero, « in conspectu Dei » hoc est: Tametsi multa habueris peccata, si eleemosynam tecum habes advocatricem ne timeas, nulla enim ex supernis potestatibus huic resistit. « Misericordia judicium deridet; » et, « redine peccata tua in eleemosynis; » et, « quando fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. » Hæc et multa alia reperire est de eleemosyna scripta, sicut loquitur Scriptura. Debitum enim suum reposcit, chirographum gestans sanctum Evangelium. Ipsius enim Domini est vox, etc. In sequentibus item nulla pene clausula est, in qua inter utramque discrimina non occurrant. Sed sincerior videtur Morellianæ contextus. Cum vero nonnisi exscribendo totum Savilianæ contextum, omnia possimus annotare, id monuisse satis esto.

<sup>4</sup> Sic habet sav. Legebatur, laboremque egerant. Mox decrat vox, vocabantur, quam ex Savilio restituumus.

<sup>5</sup> Illud, pro foribus ecclesiæ, deest in Savilio et in Reg. Codd. Et sic prosequitur Savilius: *Et quantum? tantum eme quantum vis, quantum potes, non quantum alius vult, sed quantum potes tu; ne obicias inopiam. Obolis, quot habes, cælum eme, non quod vili pretio venale sit cælum, sed quod clemens sit Dominus. Non habes unde aurum dones, argentum dona; da obolum, da poculum frigidæ: Deus enim amplitudinem aut exiguam definit, non secundum mensuram datorum, sed secundum facultatem status donantis.* Et alia sequuntur in Savilio hujus generis varietates.

tibus, ad eos dixerit : Reddite gratias huic meo nomine quamplures, qui me inopia laborantem nutritiv et hospitio excepit, qui mihi beneficia in tempore angustiae permulta contulit : annon certatim quisque accurrens pecunias omnes suas expenderit ejus causa, cui rex gratias egerit ? annon hæc illi accepta tulerit ? annon se illi quisque commendare atque amicitia jungere studuerit ?

3. *Eleemosynæ fructus.* — Vidistis sermonis virtutem ? Si ergo apud hominem regem tantum honoris res ipsa tribuit, cogita Christum in illa die coram angelis omnibusque Virtutibus vocantem ac dicentem : Hic me in terra suscepit hospitio, hic mihi intima contulit beneficia, hic me peregrinum excepit : cogita de cætero fiduciam inter angelos, inter caelestes choros gaudium. Igitur cui testimonium Christus perhibet, non fiduciam super angelos habuerit ? Magna igitur res eleemosyna, fratres. Hanc amplectamur, cui nihil æquale : potens est enim peccata alia delere, judiciumque propulsare : te tacente sicut et patrocinatur ; imo vero te tacente innumera ora pro te gratias reddunt. Tot ex eleemosyna proficiunt bona, et ipsi pigritamur et concidimus. Da panem pro facultatibus tuis : non habes panem ? da obolum : non habes obolum ? da vel frigidæ aquæ calicem : atqui neque id habes ? vel malis oppresso compatere, atque appensam mercedem habes. Non enim necessitatis, sed intentionis est merces. Sed ecce dum de his disserimus, virginum cura nobis excidit ; age ergo ad propositum redeamus. *Date nobis oleum de vasis vestris.* Non possumus vobis dare, *Ne forte non sufficiat nobis et vobis, sed euntes emite a vendentibus.* *Abeuntibus autem ipsis, venit sponsus, et quæ habebant lampades splendidas, intraverunt cum eo, et clausa est janua thalami (Matth. 25. 10).* Quinque autem futuræ accedentes januam thalami pulsabant clamantes : *Aperi nobis (Ib. v. 11).* Vox autem sponsi ab intra ad eas : *Recedite a me, nescio vos (Ibid. v. 12).* Et post tantos labores quid audierunt ? *Nescio vos.* Id est quod dixi, frustra et incassum magnam virginitatis possessionem possederunt. Cogita quomodo post tot labores exclusæ sunt, postquam frenarant incontinentiam, postquam supernis cum Virtutibus certamen habuerant, postquam vitæ hujus res spreverant, postquam æstum toleraverant magnum, postquam septa transilierant, postquam de terra ad cælum evolaverant, postquam corporis signaculum non solverant, ac magnum virginitatis specimen acquisiverant, postquam certamen cum angelis inierant, postquam corporis necessitates superaverant, postquam naturæ oblitæ fuerant, postquam in corpore, quæ incorporeorum sunt, perfecerant, postquam magnum atque invictum virginitatis bonum possederant, tunc audierunt : *Recedite a me, nescio vos.* Neque enim mihi existimaveris tantillam virginitatis esse magnitudinem : talis enim virginitas est, ut eam potuerit nemo veterum conservare. Propterea enim gratia magna, quod quæ tremenda prophetis fuerunt et veteribus, eadem nunc facilia levique

ἀμελεῖν τῆς τοῦ βασιλέως τιμῆς· πῶς γὰρ οὐ τιμωρηθήσεται ὁ ἐκ τοῦ βασιλέως τρεφόμενος, ὑπὲρ δὲ τοῦ βασιλέως μὴ ἀγωνιζόμενος; Καὶ τί λέγω ὑπὲρ τοῦ βασιλέως; εἶθε κἄν ὑπὲρ τῶν ἑαυτῶν ψυχῶν ἐφροντίζομεν. Καὶ πῶς, ἢ φησὶ, δύναμαι ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι, καὶ ἐν μέσῳ πραγμάτων, καὶ σῶζεσθαι; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Βούλει συντόμως δεῖξαι με μὴ τὸν τόπον εἶναι τὸν σῶζοντα, ἀλλὰ τὸν τρόπον καὶ τὴν προαίρεσιν; Ὁ Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ ὡς ἐν λιμένι τὸ ναυάγιον ὑπέστη· ὁ δὲ Λῶν ἐν τοῖς Σοδόμοις ὡς περὶ ἐν πελάγει διεσώθη· ὁ Ἰωβ ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐδικαιώθη· ὁ δὲ Σαοὺλ ἐν τοῖς ταμείοις ὦν, τῆς βασιλείας ἔκαμψεν καὶ τῆς ἐκεῖ ἐξέπεσεν. Οὐκ ἐστὶ τοῦτο ἀπολογία, τὸ λέγειν· Οὐ δύναμαι ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι, καὶ ἐν μέσῳ πραγμάτων, καὶ σῶζεσθαι. Ἄλλὰ ταῦτα πόθεν; Ὅτι οἱ μὲν ἐν ταῖς προσευχαῖς, οἱ δὲ ἐν ταῖς θείαις συνάξε-

Collata cum codice Colberiano 49, qui toto caelo differt editio Titulus in Colb.: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἀνεμποδίστως ἀξίω ἡμᾶς ταῖς ἀγίας συνάξεις, καὶ περὶ μετανοίας λόγος. 2. secundum ms. ordinem. Initium vero sermionis sic habet: Ἀγαπητοὶ, οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἀπλῶς καὶ ὡς ἐτυχεῖν ἀκούειν ἡμᾶς Χριστιανούς. Καὶ εἰ βούλεσθε, ἀξιόπιστον μάρτυρα τὸν ἀδελφόνθεον Ἰάβον λέγοντα, Ἡ πίστις. Paulo post πανταχοῦ ἐστίν. Paulo post καὶ μὴ θαυμάσης deest. Mox ἐκ τοῦ στρατεῦσθαι, ἐάν μὴ ἀξίως τῆς στρατείας πολεμῆσθαι ὑπὲρ τοῦ βασιλέως. Infra deest, τρεφόμενος παρ' αὐτοῦ, desunt.

ἢ sequentia in Reg. sic se habent: φησὶ δυνατόν ἐν κόσμῳ καὶ ἐν μέσῳ τῶν πραγμάτων ἀνατρεφόμενον σῶζεσθαι. Τί λέγει; θέλεις συντόμως δεῖξαι μὴ τὸν τόπον... τὴν ὁρτὴν προαίρεσιν.. ναυάγιον ὑπέμεινεν, ὁ δὲ.

ἢ Reg καὶ τῆς ἐντεῦθεν καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐξέπεσεν.. τὸ λέγειν, οὐκ ἐστὶ δυνατόν τὸν ἐν μέσῳ τῶν πραγμάτων σῶζεσθαι· ἀλλὰ ταῦτα μανθάνομεν ἐκ τοῦ μὴ ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ ταῖς ταῦτα θείαις συνάξεσι σχολάζειν ἡμᾶς. Ἡ οὐχ... πῶς παρερέδουσι. ἐπινοοῦσιν ἵνα ἐπιτύχωσιν οὐ αὐτοῦνται; ταῦτα.

σιν οὐ συνεχῶς παραγίνεσθε. Ἡ οὐχ ὄρατε τοὺς βουλομένους ἀξιώματα λαβεῖν παρὰ τοῦ ἐπιγελοιῆ βασιλέως, πῶς προσεδρεύουσι, πῶς καὶ ἐτέρους εἰς παρακλήσιν κινουσί, ὅπως τοῦ ζητουμένου μὴ ἐκπέσασι; Ταῦτα πρὸς τοὺς ἀπολιμπανόμενους τῶν θείων συνάξεων εἰρηται, καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ τῆς φοβερᾶς καὶ μυστικῆς τραπέζης ὥρᾳ εἰς συντυχίας καὶ ματαιολογίας ἀσχολούμενους. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; οὐχ ὑπέσχου τῷ ἱερεῖ εἰ πόντι, Ἄνω σχῶμεν ἡμῶν τὸν Κύριον καὶ τὰς καρδίας, καὶ εἶπας, Ἐχομεν πρὸς τὸν Κύριον; οὐ φοβῆ, οὐκ ἐρυθριᾷς κατ' αὐτὴν τὴν φοβερὰν ὥραν ψεύστης εὐρισκόμενος; Βαβαὶ τοῦ θαύματος! Τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς ἐξηρητισμένης, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ σοῦ ἁσφαγιαζομένου, τοῦ ἱερέως ὑπὲρ σοῦ ἀγωνιζομένου, πυρὸς πνευματικοῦ ἐκ τῆς ἀχράντου ἀναβλύζοντος τραπέζης, τῶν Χερουδιμ παρισταμένων, καὶ τῶν Σεραφίμ ἱπταμένων, τῶν ἐξαπτερούων τὰ πρόσωπα κατακαλυπτόντων, πᾶσαν τὴν ἀσωμάτων δυνάμειν μετὰ τοῦ ἱερέως ὑπὲρ σοῦ πρεσβυουσῶν, τοῦ πυρὸς τοῦ πνευματικοῦ κατερχομένου, τοῦ αἵματος ἐν τῷ κρατήρι εἰς σὴν κάθαρσιν ἐκ τῆς ἀχράντου πλευρᾶς κενουμένου, οὐ φοβῆ, οὐκ ἐρυθριᾷς καὶ κατὰ ταύτην τὴν φοβερὰν ὥραν ψεύστης εὐρισκόμενος; Ἐκατὸν ἐξήκοντα ὀκτὼ ὥρας ἔχουσης τῆς ἑβδομάδος, μίαν καὶ μόνην ὥραν ἀφώρισεν ἑαυτῷ ὁ Θεός· καὶ ταύτην εἰς πράγματα βιωτικά [350] καὶ εἰς γελῶτα καὶ εἰς συντυχίας ἀναλίσκεαι; Μετὰ ποίας λοιπὸν παρήστας τοῖς μυστηρίοις προσέρχῃ; μετὰ ποίου συνειδότος μεμολυσμένου; Ἄρα εἰ ἐδάσταζες κόπρον ἐν ταῖς χερσὶ σου, ἐτόλμας προσφάσαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἐπιγελοιῆ βασιλέως; Οὐδαμῶς.

Μὴ ὅτι ἄριστος ἐστὶν ἴδης, μηδ' ὅτι οἶνός ἐστι νομίσης· οὐ γὰρ ὡς αἱ λοιπαὶ βρώσεις εἰς ἀφεδρώνα χωρεῖ· ἀπαγε! μὴ τοῦτο νόει· ἀλλὰ ὡς περ κηρὸς πυρὶ προσομιλήσας οὐδὲν ἀπουσιάζει, οὐδὲν περισσεύει· οὕτως καὶ ὡς νόμισα συναναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια τῆ τοῦ σώματος οὐσίᾳ. Διδὸ καὶ προσερχόμενοι, μὴ ὡς ἐξ ἀνθρώπου νομίσητε μεταλαμβάνειν τοῦ θείου σώματος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν Σεραφίμ τῇ λαβίδι τοῦ πυρὸς, ἤνπερ Ἡσαίας εἶδε, τοῦ θείου σώματος μεταλαμβάνειν νομίζετε, καὶ ὡς τῆς θείας καὶ ἀχράντου πλευρᾶς ἐφαπτόμενοι τοῖς χειλέσιν, οὕτως τοῦ σωτηρίου ἢ αἵματος μεταλάβωμεν.

<sup>a</sup> Reg. σφαγιαζομένου, καὶ πυρὸς πνευματικοῦ ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναβλύζοντος τραπέζης, τῶν Σεραφίμ παριστάτων, τῶν Χερουδιμ ἱπταμένων, τῶν ἐξαπτερούων τὰ πρόσωπα κατακαλυπτόντων, τοῦ πυρὸς ἐν πνεύματι κατερχομένου, τοῦ αἵματος ἐν κρατήρι... κενουμένου. Οὐκ αἰσχύνῃ, καὶ ἐρυθριᾷς, καὶ ἐντρέψῃ, μηδὲ ὑπὲρ σαυτοῦ τὸν Θεὸν ἐξιλοούμενος, οὐδὲ τὸ συνειδός, ὡς ἄνθρωπε, κατακρίνει σε; ὅτι ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἔχουσης τῆς ἑβδομάδος, τὴν μίαν οὐκ ἀποδίξῃς (sic) τῷ Θεῷ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ ἀπασχολῆσαι ἐν ματαιολογίαις καὶ δικαστηρίοις. Καὶ τί λέγω, πᾶσαν τὴν ἡμέραν; εἶθε κἂν τρεῖς ὥρας ἀπεδοῦραμεν τῷ Θεῷ μετὰ προθυμίας. Ἄλλ' ὡς τῆς ἀναισθησίας, μᾶλλον δὲ τῆς ἀγνωμοσύνης, μίαν καὶ μόνην ἡμέραν ἑαυτῷ ἀφώρισεν ὁ Θεός, καὶ ταύτην... γελῶτα καὶ συντυχίας ἀναλίσκεαι, ἄνθρωπε, μετὰ ποίας... προσέρχῃ, ἢ μετὰ ποίου συνειδότος; εἰ μεμολυσμένας ἄρα, ἢ βεβορρωμένας εἶγες τὰς χεῖρας, ἐτόλμας ἐγγίσει τῷ κρασπέδῳ τοῦ βασιλέως; οὐδαμῶς, etc.

<sup>b</sup> Reg. αἵματος μεταλαμβάνειν ἠγήσασθε, μηδὲ, παρακαλῶ, τῶν ἐκκλησιῶν ἀπολιμπανόμενα, μηδὲ ἐν ταῖς συντυχίαις ἑαυτοὺς ἀσχολήσωμεν· στώμεν, καθὼς προερίηται, ἐντρομοί, ἐμφοβοί, κατῆφεις, ὀδυνηροί, κάτω νεύοντες τῷ ὀμματι, ἄνω δὲ τῇ ψυχῇ. Στενάζομεν ἀφώνως, ἀλλάζομεν τῇ καρδίᾳ. Οὐχ ὄρατε τοὺς τοῦτω τῷ ἐπιγελοιῷ καὶ φαρτῷ καὶ προσκαίρῳ καὶ αἰσθητῷ βασιλεῖ. Vide notam Latinam.

Τοιγαροῦν, ἀδελφοί, τῶν ἐκκλησιῶν μὴ ἀπολιμπανόμενα, μητε πάλιν ἐν αὐταῖς συντυχίαις ἑαυτοὺς ἀσχολήσωμεν ἐμφοβοί καὶ ἐντρομοί, κάτω νεύοντες τῷ ὀμματι καὶ τῇ ψυχῇ· στενάζοντες ἀφώνως, ἀλλάζομεν τῇ καρδίᾳ. Ἡ οὐχ ὄρατε τοὺς τῷ αἰσθητῷ καὶ φαρτῷ καὶ προσκαίρῳ καὶ ἐπιγελοιῷ βασιλεῖ παρισταμένους, πῶς εἰσιν ἀμετακίνητοι, μὴ φοβεγγόμενοι, μὴ σείσθη. μὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς κἀκεῖσε πέμποντες, εἰς στυγὸν, κατῆφεις, ἐμφοβοί; Ἐξ αὐτῶν, ὡς ἄνθρωπε, τῶν ἐλεγον λάβε, καὶ οὕτω παρακαλῶ παριστάται ὑμᾶς τῷ Θεῷ, ὡς περ εἰσερχόμενοι ἐνώπιον τοῦ ἐπιγελοιῆ βασιλέως τυγχάνετε· πολλῷ μᾶλλον τῷ ἐπιγελοιῷ βασιλεῖ μετὰ φόβου παρίστασθαι χρῆ. Ταῦτα κἀκεῖ λέγων οὐ παύσομαι, ἕως οὗ διορθωθέντας ἴδω. Ἐπερμένοι δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς Θεῷ πρέπει εἰσαίτωμα, μὴ μνησικακίαν ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες, μήπως εὐχόμενα κατ' ἑαυτὸν εὐχόμενα, λέγοντες· Ἄφες ἡμῶν, ὅς καὶ ἡμεῖς ἀφαιρέμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Φοβερὸν γὰρ ἐστὶ τὸ λεγόμενον, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, τοῦτο πρὸς τὸν Θεὸν βοᾷ ὁ τοῦτο λέγων· Ἄφῃκα, Δέσποτα, ἄρες; ἔλα, λύσον· συνεχώρησα, συγχώρησον· εἰ ἐκράτῃς, ἐμαρτήσον· εἰ μὴ ἔλυσαι τῷ πλιτσίον, μηδὲ σὺ λύσης; τὰ ἢ ἀμαρτήματα· ἐν τῷ μέτρῳ ἐμέτρησα, ἀντιμετρήθη μοι.

Ταῦτα εἰδότες, καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν ἐκείνην θυμηθέντες, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο, καὶ τὰ φοβερὰ κώσταρια εἰς νοῦν λαβόντες, ἐπιστρέψωμεν λοιπὸν ἐκ τῆς πλανημένης ὁδοῦ ἡμῶν. Ἐλεύσεται γὰρ ὥρα ἵπαι τοῦ θεάτρον τοῦ κόσμου τοῦτου διαλυθῆσθαι· καὶ οὕτως οὐκ ἐστὶ λοιπὸν ἀγωνιζέσθαι· οὐκ ἐστὶ μετὰ τὴν πύρρον τοῦ βίου πραγματεύεσθαι, οὐκ ἐστὶ μετὰ τὴν πύρρον θεάτρον ἀπόλυσιν στεφανωθῆναι. Οὗτος ὁ καιρὸς μετὰ νοίας, ἐκεῖνος κρῖσεως· οὗτος ὁ καιρὸς τῶν ἁγίων, ἐκεῖνος τῶν στεφάνων· οὗτος κόπτος, ἐκεῖνος ἀνάστατος· οὗτος καμάτος, ἐκεῖνος ἀναποδόσεως. Διεγέρθητε, παρακαλῶ, διεγέρθητε, καὶ τῶν λεγομένων [351] κἀκεῖ μως ἀκούσαμεν. Ἐξήσαμεν τῆ σαρκὶ, ζήσαμεν κατὰ τὸ πνεῦμα· ἐξήσαμεν ταῖς ἡδοναῖς, ζήσαμεν κατὰ τὸ πνεῦμα· ἐξήσαμεν τῆ ἀμειλίχῃ, ζήσαμεν κατὰ τὴν μετανοίαν. Τί ὑπερηφανεύεται τῇ κακῶς; Τί φουσιούσῃ, ὡς ἄνθρωπε; τί μεγαλαυχῆς περὶ τὸν; τί ἐλπίζεις ἐκ τῆς τοῦ κόσμου δόξης καὶ τοῦ τιμῆ; Ἐξέλθωμεν ἐπὶ τοὺς τάφους, παρακαλῶ, καὶ ἴδωμεν τὰ ἐκεῖσε μυστήρια· ἴδωμεν τὴν φύσιν διαπραγμένην, ὅσα βεβρωμένα, σώματα σεσηπότε· ὡς σοφὸς ἦς, ἐπίσκεψαι, κἂν φρόνιμος, εἰπέ μοι, τίς ἐστὶ ὁ βασιλεὺς καὶ τίς ὁ ἰδιώτης, τίς ὁ εὐγενὴς καὶ τίς ὁ δοῦλος, τίς ὁ σοφὸς καὶ τίς ὁ ἄσοφος. Ποῦ τὸ κῆρ ἐκεῖ τὸ τῆς νεότητος; ποῦ ἡ περιχάρης θῆψ; ποῦ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ εὐειδεῖς; ποῦ ἡ εὐθετος βίς; ποῦ τὰ σπύροντα χεῖλη; ποῦ τὰ κάλλη τῶν παρειῶν; ποῦ τὰ σπύριλλον μέτωπον; οὐ πάντα κόνις; οὐ πάντα τέφρα; οὐ σποδός; οὐ πάντα σκῶληξ καὶ δυσωδία; οὐ πάντα βόλιμος; Ταῦτα ἐνοοῦντες, ἀδελφοί, καὶ τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ἐνθυμηθέντες, ὡς κερὸν ἔχομεν, ἐπιστρέψωμεν ἐκ τῆς πεπλανημένης ὁδοῦ ἡμῶν. Αἵματι τιμῆ σθημεν. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη· διὰ τὸ, ὡς ἄνθρωπε, Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη, μὴ ἔχων ποῦ τὴν καρδίαν κλίνας. Βαβαὶ τοῦ θαύματος! ὁ χριτῆς διὰ τοὺς πλιτσίον κριτῆς εἰς κριτήριον ἐρχεται· ἡ ζωὴ θανάτου γίγνεται· ὁ πλάστης ὑπὸ τοῦ πλάσματος βαπίζεται· ὁ τοῖς Σμ

cibus, alii divinis conventibus frequentes non adestis<sup>1</sup>. Annon videtis eos qui volunt dignitatem a terreno rege accipere, quomodo assident, quomodo alios ad patrocinandum incitant, ut potiantur eo quod quæ-  
runt? Hæc ego dixerim ad eos qui divinas collectas relinquunt, et sub horam terribilis et mysticæ mensæ colloquiis et vanis sermocinationibus occupati sunt. Quid facis, homo? non promisisti sacerdoti, qui dixit, *Sursum mentem et corda*, et dixisti, *Habemus ad Dominum*? non revereris et erubescis, quod illa ipsa hora mendax inventiaris? Papæ! mensa mystica parata est, et agnus Dei pro te immolatur, sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa erumpit, Cherubim adstant, Seraphim advolant, et spiritus sex alas habentes faciem tegunt, omnes incorporeæ virtutes pro te cum sacerdote intercedunt: ignis spiritualis e cælo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere effusus est: et non erubescis ac revereris, nec te pudet in illa tremenda hora mendacem te deprehendi? Centum sexaginta octo horas habente hebdomada, unam et solam horam sibi ipsi segregavit Deus, et hanc in opera sæcularia, et in ridicula, et in vana colloquia insumis? Cum qua postea fiducia ad mysteria accedes? cum qua polluta conscientia? Num si stercus in manibus haberes, auderes contingere fimbriam terreni regis<sup>2</sup>?

*In Eucharistia non panis, non vinum est, sed corpus et sanguis Christi.* — Ne quasi panem id respicias, ne quasi vinum existimes: neque enim hæc sicut reliqui cibi in secessum vaduat. Absit: ne sic cogites. Quemadmodum enim cera igni admotâ, nihil substantiæ amittit, nihil superfluit: sic et hic puta mysteria cõsumi corporis substantia. Propter quod et accedentes ne putetis vos accipere divinum corpus ex homine, sed ex ipsis Seraphim forcipe ignem, ut scilicet Isaias vidit (*Isai.* 6), divinum corpus accipere putate: et quasi divino et impolluto lateri admoti labiis, sic salutari sanguini participemus. Quocirca, fratres, oro vos et obsecro, ne abstinamus ab ecclesiis, neque ibi colloquiis et garrulitati vacemus: stemus trementes et timidi, demissis oculis, elevata autem anima, gementes sine voce, jubilantes corde. Annon videtis eos, qui sensibili, corruptibili, temporali, et

terreno regi assistunt<sup>3</sup>, quam sint immobiles, non loquentes, non agitati, non oculos huc et illuc mitentes, sed mæsti, demissi, pertimescentes? Ex ipsis documentum accipite, o homines, et sic assistite Deo, veluti ad terrenum regem accedentes facitis: multo magis cælesti regi cum timore adstare oportet. Hoc sæpe dico, et dicere non cessabo, donec correctos videam. Ingredientes autem in ecclesiam, ut decet Deum accedamus, ne vindictæ cupiditatem in mente habentes, adversus nos precemur, dicentes: *Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (*Math.* 6. 12). Terribile enim est hoc, quod dicitur, et ferme sic ad Deum clamat, qui hoc dicit: *Dimisi, Domine, dimitte; solvi, solve; ignovi, ignosce: si retinui, retine; si non solvi proximo, neque tu mea solvas peccata: in qua mensura metior proximo, eadem remetiaris mihi.*

*Post mortem nihil meremur.* — Igitur cum hæc sciamus, ac diem illum terribilem nobis reputemus, et ignem illum, et terribilem tormentorum locum in mentem accipiamus, convertamus nos in posterum a via qua erravimus. Veniet enim hora quando theatrum vitæ hujus solvetur, et nullus postea certabit: non est post hujus vite finem negotiatio: hoc soluto theatro coronas mereri non datur. Hoc tempus est poenitiæ, illud iudicii: hoc agonum, illud coronarum: hoc laboris, illud relaxationis: hoc ærumnæ, illud retributionis. Excitemini, obsecro, excitemini, et quæ dicuntur suaviter audiamus. Viximus in carne, vivamus posthac in spiritu: viximus in voluptatibus, vivamus in virtutibus: viximus in negligentia, vivamus in poenitentia. *Quid superbit terra et cinis* (*Eccli.* 10. 9)? *Quid inflaris, homo? quid arrogans es?* quid speras ex gloria mundi et divitiis? Egrediamur ad sepulcra, obsecro; videamus ibi mysteria, videamus discerptam naturam, ossa corrosa, corpora putrefacta. Si sapiens es, considera; si prudens, dic mihi, quis illic rex et quis privatus, quis nobilis et quis servus, quis sapiens et quis insipiens? Ubi pulchritudo illic adolescentiæ, ubi gratiosus aspectus, ubi oculi speciosi, ubi elegans nasus, ubi ignita labia, ubi pulchritudo genarum, ubi frons radians? annon omnia cinis? nonne omnia pulvis? nonne omnia favilla? nonne omnia vermis? nonne omnia putredo et fœtor? Hæc animo reputantes, fratres, et extremum diem animo versantes, dum tempus habemus, convertamur a via nostra, qua erravimus. Sanguine pretioso redempti sumus (*1. Petr.* 4). Propter te, homo, Deus super terram visus est, non habens ubi caput reclinet (*Luc.* 9. 58). Papæ, rem mirabilem! iudex ad tribunal ducitur propter reos: vita mortem gu-

<sup>1</sup> Reg.: *Non est defensio quod dicis: impossibile est in medio negotiorum versantem salvari; sed ea discamus oriri ex hoc quod precibus et præsertim divinis illis collectis non vacamus.*

<sup>2</sup> Totum hunc locum sic legit Reg.: *Papæ! Cum mensa mystica parata est, et agnus Dei pro te immolatur; cum ignis spiritualis e sacra mensa erumpit; cum adstant Seraphim, cum Cherubim advolant; cum spiritus sex alas habentes faciem tegunt; cum ignis in spiritu descendit; cum sanguis in cratere..... effusus est. Non te pudet, non erubescis, neque curas pro te ipso quidem Deum placare, neque conscientia, o homo, te accusat? quod scilicet, septem dies habente hebdomada, unam non tribuas Deo ex toto corde, sed in illa ipsa die vanis colloquiis et negotiis iudicialibus indulgeas. Et quid dico, unam diem? utinam vel tres horas Deo cum ardore persolverimus! Sed, o corda torpentia, aut potius ingrata! unam et solam diem sibi segregavit Deus, et illam in opera sæcularia... insumis! O homo, quaquam fiducia ad mysteria postea accedes, aut quaquam conscientia? Num, si manus pollutas aut stercore contaminatas haberes, fimbriam regis auderes contingere?*

<sup>3</sup> Reg.:..... *Sic salutari sanguini participare animo ducite, neque, obsecro, ab ecclesiis abstinamus, neque colloquiis indulgeamus: stemus, sicut præceptum est, trementes et timidi, vultu demisso mæsti, in terram oculos, in cælum mentem ferentes. Cemamus sine voce, corde jubilemus. Nonne videtis eos qui huic terreno et corruptibili et temporali et sensibili regi assistunt. Reliqua ad finem usque adeo differunt non re, sed sensu, ut exscribi omnia opus sit ei, qui discrimina omnia representare velit; quod sane nullo op:re pretio fieret.*

stat : Creator a creatura alapis creditur ; qui a Seraphim videri nequit, a servo conspuitur : fel et acetum gustat, lancea configitur, in sepulcrum deponitur : et tu negligens es, et dormis, et contemnis, o homo? An nescis, quod etsi proprium sanguinem pro ipso effundas, non quantum oportet implet? alius enim est sanguis Domini, et alius sanguis servi. Præveni penitentia et conversione egressum animæ tuæ, nequando si mors advenierit, inutilis sit omnis penitentia medicina : quoniam super terram tantum, et non in inferno, penitentia robur habet. Quæramus Dominum, dum tempus habemus (*Galat. 6. 10*) : operemur bonum, ut a gehenna, quæ sine caret, liberemur, et celorum regnum consequamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

φειμ ἀθεώρητος, ὑπὸ τοῦ δούλου ἐμππίεται, ἕξους καὶ χολῆς γεύεται, λόγγη κεντάται, τάρψ κατατίθεται· καὶ σὺ ἀμελεῖς, εἰπέ μοι, καὶ καθεύδεις, καὶ καταφρονεῖς ἀνθρώπου; Οὐκ οἶδας, ὅτι καὶ τὸ βιον αἴμα ἐάν ἐκρίνῃ ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐδὲ οὕτω τὸ δέον ἐπληρώσας; ἐπειδὴ γὰρ ἄλλο αἴμα δεσποτικόν, καὶ ἄλλο αἴμα δουλικόν. Πρὸς τὴν μετανοίαν καὶ τὴν ἐπιστροφὴν τὴν ἔξοδον τῆς ψυχῆς μήποτε θανάτου ἐπελθόντος, ἀργήσῃ πᾶσα τῆς μετανοίας ἡ θεραπεία· ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ἡ μετανοία ἰσχύει, καὶ μόνον ἐν τῷ ἅδῃ τοῦτο οὐκ ἔστι. Ζητήσωμεν τὸν Κύριον, ὡς καιρὸν ἔχομεν· ἐργασώμεθα τὸ ἀγαθόν, ἵνα καὶ τῆς μελλούσης ἀταλευτήτου γενένης ἀπαλλαγώμεν, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιοθώμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

### SERMONES PANEGYRICI

IN SOLEMNITATES DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI ET SANCTORUM.

#### IN HOMILIAM IN DIEM NATALEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI MONITUM.

[352] Hanc homiliam habuit Chrysostomus in die Natali Domini nostri Jesu Christi, quinque diebus post concionem in sanctum Philogonium, quam inter homilias contra Anomæos edidimus tomo primo. Quid vero causæ fuerit, cur eam in sanctum Philogonium, quæ inter panegyricas *De sanctis* homilias locanda videbatur, inter illas de Anomæis posuerimus, ibidem in Monito enuntiat. In hac porro de Natali Christi concione illius ut nuper habitæ mentionem facit Chrysostomus, n. 7, his verbis : *Et quod nuper vos cohortatus sum, ad id etiam nunc, et in posterum semper vos cohortari non desistam. Quidnam hoc? cum accessuri estis ad tremendam divinamque illam mensam, et ad sacra mysteria, cum timore et tremore hoc facite, cum pura conscientia, cum jejunio et precatione: non tumultuantes, etc.* Quibuscum confer sodes ea, quæ sub finem homiliæ *De S. Philogonio* habentur.

Hac prima vice de die Natali Jesu Christi concionatus est Chrysostomus, vertente scilicet anno 386, de vicesima quinta Decembris, quo ineunte anno in presbyterum ordinatus, concionari cæpit. Cum enia nondum decimus annus esset, inquit Chrysostomus, *ex quo dies ille Antiochenis innotuerat*, ab Occidente ubi ab exordio celebratus fuerat, Antiochiam delatus : multi diem festum hujusmodi quasi novam et recenter inductum detrectabant, alii tamen magno numero libenter admittebant : quam disceptationem ut sopiret Chrysostomus, ubi primum occurrit illa celebritas, hanc homiliam habuit, ut in ipso presbyteratus sui initio subortam litem tolleret, et diem Christi Natalem in vicesimam quintam Decembris incidere multis argumentis probaret. Non hoc uno nitimur argumento, ut illam in annum 386 conferamus : aliud longe validius suppeditant ipsa Chrysostomi concionantis verba num. 5 : ubi ait se mense Septembri proximo multos prolixosque contra Judæos habuisse sermones ; illi vero contra Judæos sermones incidunt in Septembrem anni 386 : siquidem anno sequenti 387, quo eadem anni tempestate multos longosque contra Judæos sermones iterum habuit, eversionem statuarum eodem anno, mense Februario factam memorat. Verum hac de re pluribus in Monito ad conciones contra Judæos supra Tomo I.

His porro argumentis præcipue utitur Chrysostomus ut probet Natalem Christi in 25 Decembris incidere. Primo ait hinc probabiliter argui eam esse veram sententiam, quod tanta celeritate quaqua versus denuntiata, Deo ita providente, ab omnibus suscepta sit. Deinde illam diem ab exordio per totum Occidentem celebratam fuisse, maximeque Romæ ; cum autem census Cyrenii jussu Augusti factus, in tabulisque descriptus, penes Romanos haberetur : hinc veram germanamque Natalis Christi diem Romanos hausisse. Aliud deinde argumentum mutuatur ex eo die quo ingressus est in Sancta sanctorum Zacharias, quem ipse summum fuisse pontificem putat : inde vero calculum ducit, ut probet in vicesimam quintam Decembris incidere diem Natalem Domini. Verum quia rem quam accuratissime [353] potuimus in Præfatione ad Cosmæ Ægyptii topographiam excussimus, non abs re erit illa, quæ tunc diximus, hic transferre, utpote quæ non parum lucis rei quæ per totam hanc homiliam agitur, afferant. Monemus inmen id, quod in hæc diximus, nimirum hanc homiliam a nonnullis doctis viris in vobelas suspicionem vocari, ne minimam quidem ἀμφιβολίαν nebulam obtendere posse : siquidem tum ex styli notis atque signis omnibus conspicuum est, hanc concionem esse verum germanamque Chrysostomi setum. Hæc itaque diximus in memorata Præfatione, pag. xiv.

Observatu porro digna sunt quæ de Natali die habet Cosmas; nam de ritu Ægyptiorum et Jerosolymitanorum talia fatur: *Cum Zacharias decima septimi mensis ingressus esset in templum, secundum legis traditionem, ac nuntium accepisset de Joanne sibi ex Elisabetha nascituro, sexto illius mense Virgo quoque nuntium accepit; ita ut tunc primi mensis initium esset. Nam cum decima septima mensis Zacharias nuntium accepisset, et eodem mense Elisabethæ conceperit, palam sane est sex anni menses tunc præterisse, ac sex reliquos fuisse, exceptis decem illis diebus; vel fortasse duobus aliis, aut tribus, aut septem, donec Zacharias abiret domum, ita ut dies superessent CLXVIII. aut CLXVII, aut CLXIII. Initium itaque conceptionis Domini, id est, initium primi mensis, sextus mensis Elizabethæ erat secundum Evangelicorum traditionem; nam hunc ordinem Deus semper servavit et servat. Hinc vero liquet, quod omnes ortum Christi nono decurso mense a primi mensis initio celebremus, id est, Chioac 28, Jerosolymitani vero, quasi ex B. Lucæ auctoritate, qui ait Christum baptizatum fuisse incipientem quasi annorum triginta, in die Epiphaniæ natalem celebrant. Et vere quidem tam Lucas, quam Jerosolymitani supputant: at accurata ratio non sic habet; sed tamen in ipso ortus die baptisma contigit, ut aiunt Lucas et Jerosolymitani. Verum Ecclesia ab antiquis temporibus, ne duas illas solemnitates eo ipso die celebrans alterutrius oblivionem induceret, præcepit, ut, secundum numerum apostolorum, duodecim dies intercederet, atque tunc Epiphaniæ solemnitas celebraretur: quemadmodum etiam XL dierum Jejunium Domini, quod ante pugnam cum diabolo ineundam persolvit, Resurrectione Domini claudi jusit; ut et nos secundum exemplar pro facultate pugnantes, et Christum imitantes, excipiamus Passionem et Resurrectionem Domini, etiamsi non iisdem diebus contigerit. Simili itaque modo Epiphania Domini nostri Jesu jusit post duodecim a Natali ejus dies celebrari. Soli autem Jerosolymitani ex conjectura probabili, nec tamen ex accurata ratione, in Epiphaniæ natale agunt: in die autem Natali memoriam celebrant Davidis et Jacobi apostoli: non quod ambo eadem ipsa die mortui sint, sed, ut arbitror, ne ipsi extra festum cognatorum Christi neglecti maneant, eorum memoriam omnes colunt.*

Quod habet Cosmas, Zachariam Joannis patrem decima septimi mensis in templum ingressum esse, in Epistolis Cyrilli Jerosolymitani ad Julium Papam, et in ἀποκρίσεις Julii ad eundem prorsus modum euarratur: unde fortasse Cosmas hanc opinionem mutuatus est. Illæ vero mutæ Cyrilli et Julii epistolæ in epist. Joannis archiepiscopi Nicæni ad Zachariam catholicum Armeniæ afferuntur: ubi videas Natalem Domini diem ad vicesimam quintam Decembris a Julio papa celebrandam ceteri. Cujus calculi rationem ex libro quodam Josephi historiæ scriptoris, Romæ, ut dicitur ibidem, deprehensi, peti et usurpari animadvertas. Hæc porro Josephi verba in testimonium afferuntur, Ὅτι ἐν μηνὶ τῷ ζ', ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Σκηνοπηγίας, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Πλασμοῦ, ὤρθη ἄγγελος τοῦ Θεοῦ. Καὶ κωφεθεὶς ὁ ἱερεὺς. Id est, *Mense septimo, in festo Scenopegiæ, visus est angelus Dei. Et mutus factus sacerdos, etc.* Sub hæc autem Joannes Nicænus Julium inducit Hebræorum menses cum Romanis conferentem. Quia vero edita computatione, Annuntiationem et Incarnationem, utpote sexto prægnantis Elisabethæ mense factam, in Hebræorum mensem Nisan cadere comperit, hinc colligit natum Christum esse XVIII mensis Chioac, sive XXV Decembris. Vide Combelis. *Hist. Monothelitarum*, p. 298. Veteres tamen Ægyptii et Orientales omnes, ut concursus universorum sententia est, pari ritu Epiphaniæ Natalisque Domini festum VI Januarii celebrabant. At versus quarti sæculi medium invecta easdem in regiones consuetudo fuit, ut vicesima quinta Decembris Natalem diem agerent: unde Athanasius ad XXV Decembris ortum Christi consignat in *Fragmentis Commentarii in Matthæum*, p. 26. Verum priscam illam consuetudinem ad ætatem usque suam in Ecclesia Jerosolymitana obtinere testis est Cosmas; aliis ritum posteriori inductum servantibus. Id ipsum confirmat Joannes Nicænus, dum ait asseverare Jerosolymitanos, Jacobum fratrem Domini primum Jerosolymorum episcopum ad natalem Christi diem celebrandam [354] Januarii sextam diem assignavisse: Cosmas vero priscum Ægyptiorum ritum, quo non XXV Decembris, sed Januarii VI Natalem celebrabant, vel prorsus ignoravit, vel consulto tacuit. Tametsi, ut supra dictum est, Orientales ad usque medium sæculi quarti ritum celebrandi XXV Decembris vix noverant. ut videre est in sermone Gregorii Nysseni *De die Natali, Nunc per totum orbem habitatum*, inquit, *diem festum celebrantium concursus sonus auditur. Nunc scilicet, et non antea.* In hac homilia autem *De natali Domini*, auctore Chrysostomo, quam putamus ab eo adhuc presbytero Antiochiæ pronuntiatam, dicitur a paucis annis Natalis Domini festum in Orientalium notitiam venisse, atque ab Occidentalibus in Orientem advectum fuisse. Apud Occidentales vero nonnisi post Epiphaniæ solemnitatem Natalis Domini festum institutum fuerat: indeque erat quod in Occidente et in urbe Roma Natali potior Epiphania haberetur, ut legitur in veteri Ordine Romano: *Nec hoc prætereundum est, quod secunda natiuitas Christi (quo intelligitur Epiphania), tot illustrata mysteriis, honoratior est quam prima, videlicet quam Natalis: quod item ad verbum legitur in libro De divinis officiis, cap. De baptismo Domini*, qui Alcuino quidem ascribitur, sed nonnisi post decimum sæculum editus putatur. Nec prætereundum est Cosmam, dum ait, *Ex traditione divinæ legis, Moysis legem indicare, putareque Zachariam in die Propitiationis in sanctuarium ingressum esse, ut in lege præcepit.* In lege porro id mueris uni summo pontifici ascribitur: quo videas eam Cosmæ opinionem esse, Zachariam, nimirum Joannis patrem, fuisse summum pontificem. Neque mirum est in ea fuisse sententia Cosmam, quando id ipsum, etsi falsum, a multis antiquorum creditum est. Sic Chrysostomus in hoc de Natali sermone, Zachariam pro summo pontifice habens, in sanctuarium in festo Tabernaculorum ingressum illum esse colligit, sive potius in die Propitiationis, quæ quatuor tantum diebus festum Tabernaculorum antevertit: qua die soli summo pontifici hæc peragere functionem licebat.

Interpretatio Latina ea est, quam Petrus Pantinus Tiletanus, decanus Bruzelleasis, edidit, sed non paucis in locis emendata.

*Εἰς τὴν γενέθλιον ἡμέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄδηλον μὲν ἔτι οὖσαν τότε, πρὸ δὲ ὀλίγων ἐτῶν γνωρισθεῖσαν παρὰ τινῶν τῶν ἀπὸ τῆς Δύσεως ἐλθόντων καὶ ἀναγγελιδάντων.*

α'. "Α παλαί πατριάρχαι μὲν ὄντιον, προφῆται δὲ προβλεγον, δίκαιοι δὲ ἰδεῖν ἐπεθύμουν, ταῦτα ἐξέβη, καὶ τέλος ἔλαβε σήμερον· καὶ Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη διὰ σαρκός, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Καίρωμεν τοίνυν καὶ ἀγαλλιώμεθα, ἀγαπητοί. Εἰ γὰρ ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ νηδύϊ τῆς μητρὸς ὦν, τῆς Μαρίας εἰσελθούσης πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, ἐσκήρτισε· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὐχὶ τὴν Μαρίαν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Σωτῆρα ἡμῶν σήμερον τεχθέντα θεασασμένους, σκιρτᾶν καὶ ἀγάλλεσθαι χρὴ καὶ θαυμάζειν καὶ ἐκπλήττεσθαι τῆς οἰκονομίας τὸ μέγεθος πᾶσαν ὑπερβαῖνον διάνοιαν. Ἐνόησον γὰρ ἡλίον ἔστιν, ἥλιον ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβάντα, ἐπὶ γῆς τρέχοντα ὄρᾶν, καὶ τὰς ἀκτίνας πᾶσιν ἀφιέντα ἐντεῦθεν. Εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ φωστῆρος τοῦτο συμβάν πάντας ἐξέπληξεν ἂν τοὺς θεωμένους, σκόπει μοι καὶ λογίζου νῦν, ἡλίον ἔστι τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἐκ τῆς ἡμετέρας σαρκὸς ἀφιέντα τὰς ἀκτίνας ὄρᾶν, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καταυγάζοντα. Πάλαι ταύτην ἐπεθύμουν ἐγὼ τὴν ἡμέραν ἰδεῖν, καὶ οὐχ ἀπλῶς ἰδεῖν, ἀλλὰ μετὰ πλήθους [355] τοσοῦτου· καὶ διηνεκῶς ηὔχόμεν οὕτως ἡμῖν πληρωθῆναι τὸ θέατρον, ὡσπερ ἔστι νῦν ὄρᾶν πεπληρωμένον. Τοῦτο τοίνυν ἐξέβη καὶ τέλος ἔλαβε". Καίτοι γε οὕτω δέκατον ἔστιν ἔτος, ἐξ οὗ δὴλη καὶ γνώριμος ἡμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα γεγένηται· ἀλλ' ὅμως, ὡς ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλῶν ἡμῖν παραδοθεῖσα ἐτύων, οὕτως ἤνθησε διὰ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς. Ὅθεν οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι καὶ νέαν αὐτὴν ὁμοῦ καὶ ἀρχαίαν προσειπῶν<sup>β</sup> νέαν μὲν διὰ τὸ προσφάτως ἡμῖν γνωρισθῆναι, παλαιὰν δὲ καὶ ἀρχαίαν διὰ τὸ ταῖς πρεσβυτέραις ταχέως ὀμηλικά γενέσθαι, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ τῆς ἡλικίας αὐταῖς φθάσαι μέτρον. Καθάπερ γὰρ τὰ γενναῖα καὶ εὐγενῆ τῶν φυτῶν (καὶ γὰρ ἐκεῖνα ὁμοῦ τε εἰς τὴν γῆν κατατίθεται, καὶ πρὸς ὕψος εὐθὺς ἀνατρέχει μέγα, καὶ τῷ καρπῷ βριθεται), οὕτω καὶ αὕτη παρὰ μὲν τοῖς τὴν Ἑσπέραν<sup>ο</sup> οἰκοῦσιν ἄνωθεν γνωριζομένη, πρὸς ἡμᾶς δὲ κομισθεῖσα νῦν, καὶ οὐ πρὸ πολλῶν ἐτῶν, ἀθρόον οὕτως ἀνέδραμε, καὶ τοσοῦτον ἤνεγκε τὸν καρπὸν, ὅσον περ ἔστι νῦν ὄρᾶν, τῶν περιδῶλων ἡμῖν πεπληρωμένων, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπάσης στενοχωρουμένης τῷ πλήθει τῶν συνδραμόντων. Τὴν μὲν οὖν ἀξίαν ἀμοιβὴν τῆς τοσαύτης σπουδῆς παρὰ τοῦ σήμερον τεχθέντος κατὰ σάρκα προσδοκῆσατε Χριστοῦ· ἐκεῖνος ὡμὰς ἀμείψεται πάντως τῆς προθυμίας ταύτης· ἡ γὰρ περὶ τὴν ἡμέραν φιλία καὶ σπουδὴ, τῆς περὶ τὸν τεχθέντα ἀγάπης μέγιστόν ἐστι σημεῖον. Εἰ δὲ χρὴ τινὰ καὶ παρ' ἡμῶν τῶν συνδούλων εἰσενεχθῆναι, καὶ ἡμεῖς τὰ κατὰ δύναμιν εἰσοίσωμεν· μᾶλλον δὲ, ἅπερ ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις δῶν λεχθῆναι διὰ τὴν ὑφέλειαν τὴν ἡμετέραν. Τί οὖν ἐπιθυμεῖτε ἀκοῦσαι σήμερον;

<sup>α</sup> Duo mss. ὄρᾶν. Καὶ τοῦτο ἐξέβη καὶ τὸ τέλος ἔλαβε νῦν.

<sup>β</sup> Omnes mss. εἰπῶν.

<sup>ο</sup> Tres mss. τὴν Ἑσπερίον. Infra iidem ὄρᾶν, τὸν περιδῶλον τὸν πεπληρωμένον.

τί δὲ ἄλλο, ἢ περὶ τῆς ἡμέρας ταύτης; Εὖ γὰρ οἶδα, ὅτι πολλοὶ ἔτι καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητοῦσιν, οἱ μὲν ἐγκαλοῦντες, οἱ δὲ ἀπολογοῦμενοι· καὶ πάλιν περὶ τῆς ἡμέρας ταύτης πανταχοῦ γίνεται λόγος, τῶν μὲν αἰτιωμένων, ὅτι νέα τίς ἐστι καὶ πρόσφατος, καὶ νῦν εἰσενήνκεται, τῶν δὲ ἀπολογουμένων, ὅτι παλαιὰ καὶ ἀρχαία ἐστὶ, τῶν προφητῶν ἡδὴ προειπόντων περὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, καὶ ἄνωθεν τοῖς ἀπὸ Θράκης μέχρι Γαδείρων οἰκοῦσι κατὰ δῆλος καὶ ἐπίσημος γέγονε. Φέρε οὖν, τὸν περὶ τούτων κινήσωμεν λόγον. Εἰ γὰρ ἀμφισβητουμένη τοσαύτης ἀπολαύει παρ' ὑμῶν εὐνοίας, εἰ γένοιτο γνωριμωτέρα, εὐδῆλον ὅτι πολλῷ πλείονος σπουδῆς ἀπολαύσεται, τῆς κατὰ τὴν διδασκαλίαν σαφηνείας πλείονα<sup>δ</sup> τὴν περὶ αὐτὴν διὰ θεσιν ἐργαζομένης ὑμῖν.

Ἐχω τοίνυν τρεῖς ἀποδείξεις εἰπεῖν, δι' ὧν εἰσόμεθα πάντως, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἐτέχθη. Καὶ τῶν τριῶν τούτων μία μὲν ἐστὶν ἀποδείξις, τὸ ταχέως οὕτω πανταχοῦ περιαγγελθῆναι, καὶ πρὸς ὕψος ἐπιδοῦναι τοσοῦτον, καὶ ἀνθῆσαι τὴν ἑορτήν· καὶ ὅπερ ὁ Γαμαλιηλ ἔλεγε περὶ τοῦ κηρύγματος, ὅτι Εἰ ἔστιν ἐξ ἀνθρώπων, καταλυθήσεται, εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστὶν, οὐ δύνασθε<sup>ε</sup> καταλύσαι αὐτὸν, μήποτε καὶ θεομάχοι εὐρεθῆτε· τοῦτο [356] καὶ γὰρ περὶ τῆς ἡμέρας ταύτης εἰποιμὶ ἂν θαρρόν, ὅτι, ἐπειδὴ ἐκ Θεοῦ Θεὸς Λόγος ἐστὶ, διὰ τοῦτο οὐ μόνον οὐ καταλύθη, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιδικῶσι, καὶ λαμπρότερα γίνεται· ἐπεὶ καὶ τὸ κήρυγμα ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τὴν πᾶσαν κατέλαβεν οἰκουμένην, καίτοι σκηνοποιῶν, ἀλιέων, ἀγραμμάτων, ἰδιωτῶν πανταχοῦ διακομιζόντων αὐτὸ· ἀλλ' οὐδὲν ἔδραπεν ἢ τῶν διακονούντων<sup>ς</sup> εὐτέλεια, τῆς τοῦ κηρυττομένου δυνάμειως πάντα προκαταλαμβάνουσης, καὶ τὰ κωλύματα ἀναιρούσης, καὶ τὴν οἰκίαν ἐπιδεικνυμένης ἰσχύϊν.

β'. Εἰ δὲ τίς τῶν φιλονεικῶν ἀπάνεχοιτο τῶν ἐπισημῶν, ἔστι καὶ δευτέραν εἰπεῖν. Ποίαν δὴ ταύτην; Τὴν ἀπὸ τῆς ἀπογραφῆς<sup>ς</sup> τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις κειμένης. Ἐγένετο γὰρ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστῆς, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεῖναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καισαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηναίου. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσήφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναυεθ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἧτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, ἀπογράφεσθαι σὺν Μαρίας τῇ μεμηνητευμένῃ αὐτῷ γυναίκα ἑορτῆς ἐγ-

<sup>δ</sup> Tres mss. διδασκαλίαν ἀσφαλείας πλείονα.

<sup>ε</sup> Duo mss. οὐ δύνασθε, εἰ μοι εὐρεθῶμεν. Paulo post tres ἐ Θεοῦ Θεὸς Λόγος ἐστὶ. In edito Θεὸς Λόγος deeral.

<sup>ς</sup> Duo mss. διακονουμένων.

<sup>ς</sup> Duo mss. ἀπὸ τῆς γραφῆς.



HOMILIA IN SERVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI DIEM NATALEM, QUI QUIDEM DIES INCOGNITUS ADHUC ILIIS TEMPORIBUS, ANTE PAUCOS ADMODUM ANNOS INNOTUERAT PER ALIQUOS, QUI EX OCCIDENTE VENERANT ATQUE INDICAVERANT (a).



1. Quæ jam olim patriarchæ ardebant, prophetæ prædicebant, justi cernere cupiebant (*Math.* 13. 17), ea evenere, et finem hodierno die acceperunt: Deusque per carnem in terra visus est, et cum hominibus conversatus est (*Baruch* 3. 38). Gaudeamus proinde et exsulemus, dilecti. Nam si Joannes adhuc in utero materno, Maria ingrediente ad Elizabet, exsultavit: multo magis nos, non Mariam, sed ipsummet Servatorem nostrum hodie natum conspicientes, exsultare et gaudio gestire par est; et suspicere atque cum stupore admirari incarnationis ejus magnitudinem, omni cogitatione superiorem. Tecum enim reputa quantum sit, solem ex caelis descendentem videre in terra currentem, radiosque hinc suos omnibus emittentem. Quod si tale aliquid in sensili illo luminari eveniens, merito omnes, quotquot id viderent, in stuporem raperet: considera nunc mihi et perpende, quam longe majus sit, justitiæ solem ex nostra carne radios suos ejaculantem aspiciere, animasque nostras illustrantem. Desiderabam ego jam pridem diem hunc videre; idque non simpliciter, sed cum tanta frequentia, quanta nunc adestis, identidemque intueri exoptabam theatrum nostrum ita compleri, quemadmodum nunc videre est. Cujus desiderii mei summa denique evenit. Nondum decimus annus est ex quo hic ipse dies manifeste nobis innotuit: attamen, perinde ac si jam olim a multis annis nobis traditus esset, ita opera vestra celebratus inclauit. Quare non erraverit, qui eundem novum simul et antiquum nuncupet: novum quidem quod nunc demum illius notitia ad nos pervenerit; antiquum vero et vetustum, quod celeriter vetustioribus ætate velut suppar redditus sit, et ad eandem cum ipsis ætatis mensuram pervenerit. Ut enim generosæ et nobiles stirpes simul atque terræ inseruntur, etiam celeriter in altitudinem magnam succrescunt, fructibusque onerantur: non aliter hic dies, cum ab exordio iis, qui in Occidente habitant, cognitus fuerit, nunc ad nos demum non ante multos annos transmissus, repente ita increvit, talemque tulit fructum, qualem nunc cernere licet, septis nostris ubique refertis, temploque universo præ multitudine concurrentium angustato. Quo vestro tam prompto studio dignum præmium ab eo, qui hodie secundum carnem Christus natus est, expectate: ille vobis hanc alacritatem abunde remunerabitur; maximum siquidem erga natum amoris indicium est studium hodierno die impensum. Quod si nonnulla etiam a nobis conservis vestris ad hanc rem facientia afferri oporteat, ea feremus et nos, quæ poterimus; vel potius, quæ divina gratia ad utilitatem

vestram dicenda dederit. Quid igitur hodierno die audire cupitis? quid aliud, quam de hoc ipso die? Nam multos etiam nunc inter se de eo ipso disceptare probe novi: et hos quidem illum reprehendere, alios defendere; multus ubique de hoc die sermo, partim incusantium, quasi novus sit, nunquam recens invecus, partim eundem propugnantium, tamquam antiquum ac vetustum; cum et olim nativitatem ejus prophetæ prædixerint, et jam inde a primordio ab ipsa Thracia Gades usque incolentibus manifestus et celebris fuerit. Agedum igitur, de hisce sermonem exordiamur. Si enim hic ipse dies adhuc in disceptatione positus tanta animi vestri propensione fruitur, utique si notior, atque adeo manifestus evadat, haud dubie longe majorem hujusce studii vestri fructum percipiet, perspicuitate, quæ ex hac docendi ratione nascetur, hanc ipsam animi vestri affectionem majorem in vobis efficiente.

*Tribus demonstrationibus probat eo tempore natum esse Christum. Evangelii prædicatio quæ sit.* — Habeo porro tres ad probandum demonstrationes, per quas omnino intelligimus hoc ipsum esse tempus, quo Jesus Christus Dominus noster ac Deus Verbum in lucem est editus. Quarum hæc prima est, quod tanta celeritate quaquaversus hoc festum denuntiatum sit, et ad tantum fastigium excreverit, adeoque inclaruerit. Et quod Gamaliel de prædicatione dixit: Quoniam si est ex hominibus, dissolvetur; si vero ex Deo est, non potestis dissolvere illud, ne forte et Deo repugnare inveniamini (*Act.* 5. 38. 39): hoc et ego fidenter de die hoc pronuntiaverim: quoniam ex Deo Deus Verbum, est idcirco non solum non dissolutum esse: quin potius per annos singulos majus incrementum sumere clarioremque evadere: quoniam et illa prædicatio paucorum annorum spatio universum terrarum orbem occupavit; quamquam tentoriorum opifices, piscatores, literarum rudes et imperiti homines essent, qui illam quoquoversus perferrent: neque quidquam ministrorum vilitas nocuit, cum potentia ejus qui prædicabatur, omnia anticiparet, impedimenta submoveret, ac suam vim exsereret.

2. *Altera demonstratio. Ex tempore descriptionis tempus Nativitatis patet.* — Quod si quis forte pervercior, illis quæ dicta sunt non acquiescat: est altera demonstratio, quam afferemus. Quæ vero ista? Quæ in descriptione illa, cujus Evangelia mentionem faciunt, sita est. *Factum est enim, inquit evangelista (Luc. 2), in diebus illis, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes, ut profiterentur, singuli in civitatem suam. Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehém, eo quod esset de domo et familia David: ut profiteretur cum Maria*

<sup>1</sup> Duo Mss., non possamus; et mox, inveniamur.

(a) Collata cum Mss. Regis 1089, 2028, 2028, 2543.

*desponsata sibi uxore pręgnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret: et peperit filium suum primogenitum, et pannis cum involvit, et reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio.* Ex his liquet, primę descriptionis tempore natum esse. Et cui veteres historiarum codices, qui Romę publice asservantur, lectitare libeat, perfacile etiam tempus hujus descriptionis accurate discere poterit. Ceterum quid hoc ad nos dicat aliquis, qui illic neque sumus neque fuimus unquam? Ausculta; neque diffidas, quia ab illis qui exactam hujus rei cognitionem habent qui que illam urbem inhabitant, hunc diem accepimus: nam illi ipsi, qui illic commorantur, multo ante et ex antiqua traditione ipsum celebrantes, ad nos usque illius notitiam nunc transmiserunt. Neque enim evangelista simpliciter nobis illud tempus indicavit; sed ita, ut etiam una hunc diem nobis manifestum redderet et exploratum, Deique incarnationem patefaceret. Neque enim suo sponte impulsu, aut ex se ipso Augustus edictum hoc promulgavit, sed Deo animo ipsius concitante, ut vel invitatus adventui Unigeniti subserviret. At quid hoc, inquis, ad incarnationem ostendendam momenti habet? Non parvum, dilecte, neque ubivis obvium, sed magnum omnino: adeoque unum ex iis hoc est, quę necessario ac studiose queruntur. Quale tandem illud? Galilęa regio quędam est Palęstinę; Nazareth autem in ea civitas. Rursus Judęa regio est, ab indigenis hoc nomine vocitata; Bethlehem vero Judęa civitas. Christum porro omnes prophete prędixerant, non a Nazareth, sed a Bethlehem venturum, illicque nasciturum. Ita enim scriptum est: *Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim exiet Dux, qui reget populum meum Israel* (*Math. 2. 6; Mich. 5. 2*). Et Judęi olim ab Herode interrogati, ubi nasceretur Christus, hoc ipsum ei testimonium retulerunt. Hanc eandem ob causam loquente Nathanaele ad Philippum, postquam ei dicenti, *Jesum a Nazareth invenimus* (*Joan. 1. 45-47*), respondisset, *A Nazareth potest aliquid boni esse? Christus de ipso ait: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Cujus autem rei gratia ipsum ita commendavit? Quod nuntio illo Philippi non protinus fuerit abreptus: nam manifeste planeque sciebat, neque in Nazareth, neque in Galilęa Christum nasci debere, sed in Judęa et in Bethlehem: quod et ita factum fuerat. Quandoquidem ergo Philippum id latebat, Nathanael autem pro peritiã quam legis habebat, cum sciret ea, quę a prophetis dicta essent, responsum vaticiniis superius allato consentaneum dabat, a Nazareth Christum non venturum: propterea etiam inquit Christus: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Hac etiam de causa quidam Judęorum Nicodemo dicebant: *Scrutare, et vide quia e Galilęa propheta non excitatur* (*Joan. 7. 52*). Et rursus: *Nonne a Bethlehem castello, ubi erat David, Christus venit* (*Ibid. 42*)? Atque adeo communis omnium sententia erat, haud dubie illinc, non autem a Galilęa, venturum esse.

*Qua occasione Christus natus in Bethlehem.*—Itaque

cum Joseph et Maria, cives Bethlehemitę, relicta patria in Nazareth vitam suam instituisset, et illic commorarentur, ut videlicet sæpe multis hominibus usu venire solet, qui e civitatibus, unde ortum duxerant, emigrantes, in aliis in quibus ab initio nati non fuerant, commorentur; oporteretque Christum in Bethlehem nasci: exitu edictum, quod, Deo ita statuente, etiam invitos illam in urbem compulit. Lex enim quę jubebat unumquemque in patria sua nomen profiteri, adiecit eos a Nazareth pedem efferre et in Bethlehem redire ad nomen illic summi describendum. Hoc ergo subindicans evangelista ait: *Ascendit ergo Joseph a Galilęa ex civitate Nazareth in Judęam, in civitatem David, quę vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David: ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pręgnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, et peperit filium suum primogenitum* (*Luc. 2. 4-7*).

3. Vidisti, dilecte, providentem Dei administrationem, per infideles atque fideles ea quę ad se pertinent dispensantis: nempe ut vim potentiamque ejus, qui a vero ipsius cultu alieni sunt, agnoscant. Et stella quidem magos ab Oriente perduxit (*Math. 2. 1. et 2*); at lex Mariam in patriam a prophetis prędictam traxit. Hinc nobis evidenter constat etiam Virginem ipsam ex genere Davidico fuisse. Nam si ex Bethlehem ortum duxit, manifestum est, quod etiam ex domo et familia David fuerit. Quod item superius manifeste docuit evangelista, cum dixit, *Ascendit autem et Joseph ex Galilęa cum Maria, eo quod esset ex domo et familia David* (*Luc. 2. 4*). Nam cum seriem stirpis Joseph recensuisset, hujus autem majores nemo ut illius enumerasset, ne hinc tibi dubitatio oriretur, ac diceres, unde ergo manifeste patet etiam ipsam et David ortam? audies. *In mense, inquit, sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilęa, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David* (*Luc. 1. 26. 27*). Quę verba, *de domo David*, accipienda sunt tamquam de Virgine dicta, quod et hic manifeste indicatum est. Atque hac de causa edictum et lex illa promulgata fuit, quę eos in Bethlehem duceret: simul atque enim in civitatem ascendissent, confestim etiam Jesus nascitur: ac proinde etiam in præsepio reclinatur; quod undique multi eo concurrissent, et loca præoccupassent, magnasque divertendi angustias effecissent: quo in loco etiam magi illum adoraverunt. Ut autem (hujusce diei) dilucidiorum adhuc demonstrationem exhibeam, vestris mecum adsurgite animis; nam longiorem rerum memoriam excitare et pri-cas leges recitare statui, ut ex omni parte vobis orationem nostram manifestiorem reddam.

*Lex Judęorum quędam antiqua.*—Lex erat Judęis, eaque perantiqua: sed age, potius paulo altius sermonem repetamus. Quo tempore ab Ægyptiaci turbis et barbara Pharaonis tyrannide Hebręorum populum Deus liberavit; videns ipsos impietatis adhuc secum reliquias habere, rebusque omnibus sub sensum ca-

αὐφ. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν· καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρῶτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλιεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Ὅθεν δῆλον, ὅτι κατὰ τὴν πρῶτην ἀπογραφὴν ἐτέθη. Καὶ τοῖς ἀρχαίοις \* τοῖς δημοσίᾳ κειμένοις κώδιξιν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἔξεστιν ἐντυχόντα καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀπογραφῆς μαθόντα, ἀκριβῶς εἰδῆναι τὸν βουλόμενον. Τί οὖν πρὸς ἡμᾶς, φησὶ, τοῦτο τοὺς οὐκ ὄντας ἐκεῖ οὔτε παραγενομένους; Ἄλλ' ἄκουε, καὶ μὴ ἀπίστει, ὅτι παρὰ τὸν ἀκριβῶς ταῦτα εἰδόντων, καὶ τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκούντων παρζιλιψάμενην ἡμέραν. Οἱ γὰρ ἐκεῖ διατριβόντες, ἄνωθεν καὶ ἐκ παλαιᾶς παραδόσεως αὐτὴν ἐπιτελοῦντες, αὐτοὶ νῦν αὐτῆς ἡμῖν τὴν γνώσιν διεπέψαντο. Οὐδὲ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀπλῶς τὸν καιρὸν ἐπέσημάτω τούτου, ἀλλ' ὥστε καὶ τὴν ἡμέραν ἡμῖν δῆλυν ποιῆσαι καὶ γνώριμον, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν ἐνδείξασθαι. Οὐ γὰρ οἴκοθεν, οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ τότε ὁ Ἀβγούστος τὸ δόγμα τοῦτο ἐξέπειμψεν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κινουόντος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ἵνα καὶ ἄκων ὑπηρετήσεται τῇ τοῦ Μονογενοῦς παρουσίᾳ. Καὶ τί τοῦτο συντέλει πρὸς τὴν οἰκονομίαν ταύτην, φησὶν; Οὐ μικρὸν, οὐδὲ τὸ τυχερόν, ἀγαπητὲ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα, καὶ τῶν ἀναγκαίων καὶ σπουδαζομένων ἐν β. Ποῖον δὲ τοῦτο; Ἡ Γαλιλαία χώρα τις ἐστὶν ἐν Παλαιστίνῃ, ἣ δὲ Ναζαρέθ πόλις τῆς Γαλιλαίας. Πάλιν [357] ἡ Ἰουδαία χώρα τις ἐστὶ, παρὰ τῶν ἐγγωρίων οὕτω καλούμενη, ἣ δὲ Βηθλεὲμ πόλις τῆς Ἰουδαίας. Τὸν δὲ Χριστὸν οἱ προφητῆται προύλεγον ἄπαντες, οὐκ ἀπὸ τῆς Ναζαρέθ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ ἦξειν, καὶ ἐκεῖ τεχθήσεται. Οὕτω γὰρ γέγραπται· Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σου γὰρ ἐξελύσεται ἡγεμόνος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι οἱ τότε παρὰ τοῦ Ἡρώδου ἐρωτώμενοι, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, ταύτην εἶπον αὐτῷ τὴν μακρυρίαν. Διὰ τοῦτο καὶ τοῦ Ναθαναὴλ εἰπόντος πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἔλεγε, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ· εὐρήκαμεν, Ἐκ Ναζαρέθ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι; ὁ Χριστὸς περὶ αὐτοῦ φησιν· Ἰδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. Καὶ τίνος, φησὶν, ἔνεκεν αὐτὸν ἐπήνεσεν; Ἐπειδὴ οὐ συνηράπη τῇ ἀπαγγελίᾳ<sup>d</sup> τοῦ Φιλίππου, ἀλλ' ἤδει σαφῶς καὶ ἀκριβῶς, ὅτι οὐκ ἐν Ναζαρέθ, οὔτε ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἔδει τὸν Χριστὸν τεχθῆναι, ἀλλ' ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ ἐν τῇ Βηθλεὲμ· ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. Ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν Φίλιππος τοῦτο ἠγνόησεν, ὁ δὲ Ναθαναὴλ, ἅτε νομομαθὴς ὢν, ἀπεκρίνατο τὰ κατὰ τὴν ἄνωθεν προφητείαν εἰρημένα, εἰδὼς, ὅτι οὐκ ἐκ Ναζαρέθ ἦξει ὁ Χριστὸς· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς, Ἰδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, φησὶν, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. Διὰ τοῦτο καὶ τίνος τῶν Ἰουδαίων ἔλεγον πρὸς τὸν Νικόδημον· Ἐρεῦνησον, καὶ Ἰδε, ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· Οὐκ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαυὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται. Καὶ κοινὴ πάντων ψήφος ἦν, ὅτι πάντως ἐκεῖθεν αὐτὸν δεῖ παραγενέσθαι, οὐκ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας.

\* Scaliger De emendatione temporum, ubi de Natali Domini, legendum contemdit τοῖς ἀρχαίοις, archivis. At præterquam quod reclamant mss. omnes, non video quo pacto ἀρχαίοις quadrare possit ad omnes sequentem κώδιξιν· nam ἀρχαίοις est substantivum et hic requiritur adjectivum.

<sup>b</sup> Duo mss. σπουδαζομένων, καὶ πνευματικῶν ἐν.

<sup>c</sup> Duo mss. εὐρηγάνει.

<sup>d</sup> Alii τῇ ἀγγελίᾳ.

εὐεργέτην οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παρ' αὐτὰς τὰς εὐεργεσίας ἐπελανθάνοντο τοῦ προστάγματος τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ ὅτε ἐξῆλθον ἐξ Αἰγύπτου, ἰδόντες θάλασσαν σχιζομένην καὶ συνιούσαν πάλιν, καὶ ἄλλα μυρία θαύματα, ἔλεγον· *Ποιήσωμεν ἑαυτοῖς θεοὺς, οἱ προπορεύσονται ἡμῶν. Τί λέγεις; τὰ θαύματα ἐν χερσίν ἐστι, καὶ ἐπελάθου τοῦ εὐεργέτου;* Ἐπεὶ οὖν οὗτων ἔσαν ἀναίσθητοι καὶ ἀγνώμονες, τῇ ὑποθέσει τῶν ἑορτῶν ἐγκατέδρασε τῶν δωρεῶν τὰ ὑπομνήματα ὁ Θεός, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ Πάσχα θύειν ἐκέλευσεν, *Ἴνα, ἂν σε ἐρωτήσῃ, φησὶν, ὁ υἱός σου, τί ἐστὶ τὸ Πάσχα τοῦτο;* εἶπες, ὅτι Τοῦ προβάτου τὸ αἷμα ἐπέχρισαν ταῖς θύραις ποτὲ ἡμῶν οἱ πρόγονοι ἐν Αἰγύπτῳ, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρευὼν ἐλθὼν καὶ ἰδὼν τολμήσῃ εἰσπετῆσαι, καὶ ἐπαγάγῃ πληγὴν. Καὶ ἦν ἡ ἑορτὴ λοιπὸν ὑπόμνησις σωτηρίας διηνεκῆς. Μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο μόνον ἐκέρδαινον, ὅτι τῶν παλαιῶν αὐτοὺς ἀνεμίμησκον εὐεργετημάτων, ἀλλὰ καὶ ἕτερον μείζον, ὅτι τὰ μέλλοντα προδιετύπου. Καὶ γὰρ τύπος ἦν ἐκεῖνος ὁ ἀμνὸς ἐτέρου ἀμνοῦ πνευματικοῦ, καὶ πρόβατον προβάτου· καὶ τὸ μὲν ἦν σικιά, τὸ δὲ ἀλήθεια. Ἐπειδὴ δὲ ἐπέφανεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ἡ σικιά λοιπὸν ἐπαύσατο· ἥλιος γὰρ ἀνίσχοντος, κρύπτεται ἡ σικιά. Διὰ τοῦτο γὰρ [383] ἐν αὐτῇ τῇ τραπέζῃ ἐκάτερον γίνεται Πάσχα, καὶ τὸ τοῦ τύπου, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας. Καθάπερ γὰρ οἱ ζωγράφου ἐν αὐτῷ τῷ πίνακι καὶ τὰς γραμμὰς περιάγουσι καὶ τὴν σικιὰν γράφουσι<sup>α</sup>, καὶ τότε τὴν ἀλήθειαν τῶν χρωμάτων αὐτῷ ἐπιτιθέασιν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἐπ' αὐτῆς τῆς τραπέζης καὶ τὸ τυπικὸν Πάσχα ὑπέγραψε, καὶ τὸ ἀληθινὸν προσέθηκε· *Ποῦ θέλεις ἐτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα;* Ἦν τὸ Ἰουδαϊκὸν Πάσχα τότε· ἀλλὰ τοῦ ἡλίου ἐλθόντος, μηκέτι λύχνος φαινότο, τῆς ἀληθείας παραγενομένης, ἀργεῖτω λοιπὸν ἡ σικιά.

ε'. Ταῦτα πρὸς Ἰουδαίους λέγω, ἐπειδὴ δοκοῦσι Πάσχα ποιεῖν, ἐπειδὴ γνῶμη ἀναισχύοντα τὰ ἄζυμα προβάλλουσι οἱ ἀπερίτμητοι ταῖς καρδίαις. Πῶς, εἰπέ μοι, τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖς, ὦ Ἰουδαῖε; Ὁ ναὸς κατέσκαπται, ὁ βωμὸς ἀνήρηται, τὰ Ἄγια τῶν ἁγίων πεπότηται, πάσης θυσίας εἶδος λέλυται· τίνος οὖν ἔνεκεν ταῦτα τολμᾷς τὰ παράνομα πράττειν πράγματα; Ἀπῆλθες εἰς Βαβυλωνά ποτε, καὶ ἐκεῖ ἔλεγον οἱ αἰχμαλωτεύσαντές σε· *Ἄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν φῶδων Σιών·* καὶ οὐκ ἠνέσθου. Καὶ ταῦτα δεῖκνύς ὁ Δαυὶδ, ἔλεγεν· *Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Βαβυλωνός, ἐκεῖ ἐκαθίσταμεν καὶ ἐκλαύσαμεν· ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ἔργα ἡμῶν,* τούτεστι, ψαλτήριον, κιθάραν, λύραν, καὶ τὰ λοιπὰ· τούτοις γὰρ ἐκέχρητο τὸ παλαιὸν, καὶ διὰ τούτων τοὺς ψαλμοὺς ἤδον. Καὶ ταῦτα ἀπελθόντες εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν, ἔλαβον, ἴν' ἔχουσι τὴν ὑπόμνησιν τῆς πολιτείας τῆς ἐν τῇ πατρίδι, οὐχ ἵνα χρίσωνται. *Ἐκεῖ γὰρ, φησὶν, ἐπληρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς λόγους φῶδων.* Καὶ εἶπομεν· *Πῶς ἴσωμεν τὴν φῶδον Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας;* Τί λέγεις; τὴν φῶδον Κυρίου οὐκ ἔβδεις ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. καὶ τὸ Πάσχα Κυρίου ἐπιτελεῖς ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Εἶδες τὴν ἀγνωμοσύνην· εἶδες τὴν παρανομίαν; Ὅτε πολέμιοι ἦσαν οἱ καταναγκάζοντες, οὐδὲ ψαλμὸν εἶπεν ἐτόλμων ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· νῦν δὲ ἀφ' ἑαυτῶν, μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδὲ βιαζομένου, πόλεμον εἰσάγουσι πρὸς τὸν Θεόν. Ὁρᾷς πῶς ἀκάθαρτα τὰ ἄζυμα; πῶς παράνομος ἡ

ἑορτὴ; πῶς Πάσχα οὐκ ἐστὶν Ἰουδαϊκόν, Ἦν Πάσχα Ἰουδαϊκόν ποτε, ἀλλ' ἐλύθη νῦν, καὶ ἐπλήθη τὸ πνευματικὸν Πάσχα, ὃ παρεδίδου τότε ὁ Χριστός. Ἐσθίουτων γὰρ αὐτῶν καὶ πινόντων, φησὶ, λαβίων ἔρπον, ἔκλασε καὶ εἶπε· *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὧν κλώμενον εἰς ἄφροσιν ἀμαρτιῶν.* Ἰσασι οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα. Καὶ πάλιν τὸ ποτήριον, λέγων· *Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυρόμενον εἰς ἄφροσιν ἀμαρτιῶν.* Καὶ παρῆν ὁ Ἰούδας, τοῦ Χριστοῦ ταῦτα λέγοντος. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα, ὃ ἐπώλησας, Ἰούδα, τριάκοντα ἀργυρίων· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα, ὑπὲρ οὗ πρὸ μικροῦ τὰ ἀναίδῃ σύμφωνα ἐποίησεν πρὸς τοὺς ἀγνώμονας Φαρισαίους. Ὡς τῆς τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπίας! Ὡς τῆς τοῦ Ἰούδα παραπληξίας! Ὡς τῆς ματίας! ὁ μὲν γὰρ ἐπώλησεν αὐτὸν τριάκοντα δηναρῖων ὁ Χριστὸς δὲ καὶ μετὰ τοῦτο οὐ παρητήσατο αὐτὸ τὸ αἷμα τὸ πραθὲν δύναι εἰ, ἄφροσιν ἀμαρτιῶν τῷ πεπρακῶτι, εἰ γε ἠθέλησε. Καὶ γὰρ παρῆν Ἰούδας, καὶ μετέχευε τῆς ἱερᾶς τραπέζης. Ὅσπερ γὰρ τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ τῶν ἄλλων ἔνιψε μαθητῶν, οὕτω καὶ τῆς ἱερᾶς μετέχευε τραπέζης, ἵνα μηδεμίαν ἀπολογίαν ἔχη πρόφασιν, ἐὰν ἐπιμείνη τῇ πονηρίᾳ. Πάντα γὰρ [384] τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπεδείξατο, καὶ εἰσηνεγκεν· ὁ δὲ ἔμεινε τὴν πονηρὰν διατηρῶν γνῶμην.

ς'. Ἀλλὰ καιρὸς λοιπὸν τῇ φρικτῇ ταύτῃ προσελθεῖν τραπέζῃ. Πάντες τοίνυν προσέλθωμεν μετὰ τῆς προσηκούσης σωφροσύνης καὶ νήψεως· καὶ μηδεὶς ἔστω Ἰούδας ἐστὶ, μηδεὶς ἔστω πονηρὸς, μηδεὶς ἔχων ἴδον, μὴ ἄλλα μὲν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρων, ἄλλα δὲ ἐπὶ τῆς διανοίας. Πάρεστιν ὁ Χριστὸς, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὴν τράπεζαν διακοσμήσας ἐκείνην, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. Οὐδὲ γὰρ ἀνθρωπῶς ἐστὶν ὁ ποιῶν τὰ προκειμένα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς. Σχῆμα πληρῶν ἔστηκεν ὁ ἱερεὺς, τὰ ῥήματα φεγγόμενος ἐκεῖνα· ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστὶ. *Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, φησὶ.* Τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταρρυθμίζει τὰ προκειμένα· καὶ καθάπερ ἡ φωνὴ ἐκείνη ἢ λέγουσα· *Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν,* ἐβρέθη μὲν ἅπαξ, διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργῳ ἐνδυναμούσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιίαν· οὕτω καὶ ἡ φωνὴ αὐτῆς ἅπαξ λεχθεῖσα καθ' ἑκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. Μηδεὶς τοίνυν ὑπουλος ἔστω, μηδεὶς πονηρίας γέμων, μηδεὶς ἴδον ἔχων ἐν τῇ διανοίᾳ, ἵνα μὴ εἰς κατάκριμα μεταλαβάνῃ. Καὶ γὰρ τότε, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν προσφορὰν, ἐπετήθησεν τῷ Ἰούδᾳ ὁ διάβολος, οὐ τοῦ σώματος καταφρονήσας τοῦ Δεσποτικοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀναίσχυαν καταφρονῶν τῷ Ἰούδᾳ, ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῖς ἀναξίως μετέχουσι τῶν θείων μυστηρίων, τούτοις μάλιστα ἐπιπηρᾷ καὶ ἐπιβαίνει συνεχῶς ὁ διάβολος, ὥσπερ καὶ τῷ Ἰούδᾳ τότε. Αἱ γὰρ τιμαὶ τοῦ μὲν ἀξίους ὠφελοῦσι, τοὺς δὲ παρὰ τὴν ἀξίαν ἀπολαύοντας εἰς μέγιστον τιμωρίαν ἐμβάλλουσα. Καὶ ταῦτα, οὐχ ἵνα φοβήσῃ, λέγω, ἀλλ' ἵνα ἀσφαλισωμαι. Μηδεὶς τοίνυν ἔστω Ἰούδας, μηδεὶς εἰσῶν ἴδον ἔχων πονηρίας. Τροφή γὰρ ἐστὶ πνευματικὴ ἡ θυσία· καὶ καθάπερ ἡ σωματικὴ τροφή, ὅταν εἰς γαστέρα χυμὸς ἔχουσαν πονηροῦς ἐμπέσῃ, κλέον ἐπιτείνει τὴν ἀρρωστίαν, οὐ παρὰ τὴν οἰκίαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς γαστρός· οὕτω δὲ καὶ

<sup>α</sup> Αἱ καὶ σκιογράφουσι.

<sup>β</sup> Αἱ τῆς σαρκός. Ἰνφρα ἐπειδὴν εἰς διάνοιαν ἰρπέσθ, ἴε αλ.

erga beneficium erant Judæi, et statim post accepta beneficia præcepti divini obliviscebantur. Nam cum egressi sunt ex Ægypto, postquam mare viderunt scissum et rursus coalescens, aliaque innumera miracula, dicebant : *Faciamus nobis deos, qui præcedant nos (Exod. 32. 1)*. Quid dicis? miracula adhuc in manibus sunt, et jam benefici oblitus es? Quia igitur usque adeo stupidi et ingrati erant, festivitatum argumento Deus donorum commemorationem adstrinxit, ideoque Pascha immolare jussit : *Ut, si te interrogaverit, inquit, filius tuus, Quid est hoc Pascha? dicas, Quia agni sanguine januas unxerunt olim majores nostri in Ægypto, ne vastator angelus veniens videntesque insultare auderet, et plagam indigeret (Exod. 12. 27)*. Eratque deinceps festum perpetua salutis commemoratio. Imo vero non id solum lucrabantur, quod eis antiquorum beneficiorum memoriam revocaret, sed et aliud majus, quod futura præfiguraret. Ille quippe agnus figura erat alterius agni spiritualis, et avis ovem prænotabat. Atque illud quidem umbra, hoc veritas erat. Cum autem apparuisset Sol justitiæ, umbra cessavit : oriente quippe sole solvitur umbra. Ideo in eadem ipsa mensa utrumque Pascha perficitur, et typi et veritatis. Quemadmodum enim pictores in eadem ipsa tabula et lineas circumducunt et umbram depingunt, tuncque colorum veritatem apponunt : sic et Christus fecit : in eadem ipsa mensa typicum Pascha descripsit, et verum addidit. *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Tunc Judaicum erat Pascha, sed veniente sole, lucerna ne luceat : accedente veritate, cesset deinde umbra.*

5. *Contra Judæos. (Vide in Homiliis contra eos, T. 1.)*

— Hæc Judæis dico, quia videntur Pascha celebrare, quia impudenti consilio azyma obijciant illi incircumcisi corde. Quomodo, quæso, Pascha celebras, Judæe? Templum dirutum est, altare sublatum, sancta sanctorum conculcata, omne sacrificii genus solum est : cur ergo audes hæc illegitima perpetrare? Babylonem aliquando concessisti, atque illic dicebant, qui te captivum adduxerant, *Cantate nobis de canticis Sion (Psal. 136. 3)* : et tu renuebas. Hæc porro declarans David dicebat : *Super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus : in salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra (Ibid. v. 4. 2)*, id est, psalterium, citharam, lyram, et cætera. His enim olim utebantur, et his psalmos canebant : hæcque in captivitatem abducti secum tulerant, ut monumentum patriæ consuetudinis haberent, non ut iis uterentur. *Illic enim, ait, interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum (Ibid. v. 3)*. Et diximus, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quid dicis? canticum Domini non cantas in terra aliena, et Pascha Domini celebras in terra aliena? Viden' ingratum animum? viden' iniquitatem? Cum inimici erant qui cogèrent, ne psalmum quidem dicere audebant in terra aliena; nunc autem sua sponte, nemine cogente, nomine vim inferente, bellum inferunt Deo. Viden' quam impura sint azyma? quam illegitimum festum? quam vere non sit Pascha Judaicum? Erat olim Pascha Ju-*

daicum, sed nunc solum est, advenitque Spirituale Pascha, quod tunc tradidit Christus. Illis enim manducantibus ac bibentibus, inquit, accipiens panem fregit et dixit : *Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum (Matth. 26. 26)*. Sciunt ii, qui initiati sunt, illa quæ dicuntur, et rursus calicem dicens : *Hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum (Ibid. 28)*. Aderat Judas hæc Christo dicente. Hoc est corpus, quod vendidisti, Juda, triginta argenteis; hic est sanguis, pro quo nuper pacta impudenter inibas cum improbis Phariseis. O Christi benignitatem! o Judæ dementia et insaniam! Ille namque vendidit illum triginta denariis, Christus vero postea non recusavit hunc ipsum sanguinem venditum venditi dare in remissionem peccatorum, siquidem voluisset. Aderat Judas, et sacre mensæ particeps erat. Sicut enim pedes ejus lavit, ut et aliorum discipulorum, ita et sacre mensæ particeps ille fuit, ut nullum excusationis locum haberet, si in nequitia perseveraret. Omnia enim quæ penes se erant Dominus exhibuerat et protulerat : ille vero in malo suo proposito mansit.

6. *Panis transformatur in Eucharistia, et fit sacrificium perfectum.* — Sed tempus demum est ad horrendam hanc mensam accedendi. Omnes itaque accedamus cum congruente temperantia ac vigilantia : nullus ultra Judas esto, nullus improbus, nullus veneno infectus, neque alia in ore versans, alia in mente retinens. Adest Christus, et nunc is, qui mensam illam apparavit, hic ipse hanc nunc exornat. Non enim homo est, qui facit ut proposita efficiantur corpus et sanguis Christi, sed ipse Christus qui pro nobis crucifixus est. Figuram implens stat sacerdos verba illa profereus : virtus autem et gratia Dei est. *Hoc est corpus meum, inquit. Hoc verbum transformat ea, quæ proposita sunt. Ac quemadmodum vox illa : Crescite, et multiplicamini, et replete terram (Gen. 1. 28)*, semel quidem prolata est, omni vero tempore naturæ nostræ vim præbet ad filiorum procreationem; ita et vox hæc semel prolata in Ecclesiis ad unamquamque mensam, ab illo ad hodiernum usque tempus et usque ad adventum ejus, sacrificium perfectum efficit. Nullus igitur simulatus accedat, nullus nequitia plenus, nullus venenata mente, ne in condemnationem particeps efficiatur. Tunc enim post acceptam oblationem, diabolus insiliit in Judam, non Dominicum corpus despiciens, sed Judam ob impudentiam contemnens; ut discas in eos maxime, qui divina mysteria indigne participant, frequenter insilire et irrumpere diabolus, ut tunc Judæ contigit. Etenim honores eos qui digni sunt juvant, eos vero qui indigne iis fruuntur, in majus supplicium conjiciunt. Hæc porro non ut vos terrefaciam dico, sed ut cautiore reddam. Nemo itaque sit Judas, nemo ingrediatur nequitie veneno infectus. Nam sacrificium est spiritualis cibus : ac quemadmodum cibus corporeus, cum in ventrem pravis humoribus repletus incidit, auget morbum, non natura sua, sed ventris infirmitate : ita etiam contingit in spiritualibus mysteriis; nam cum in ani-

nam inciderint nequitia plenam, illam magis corrumpunt et labefactant, non natura sua, sed recipientis animæ infirmitate. Nemo igitur malas cogitationes intus habeat, sed mentem purgemus: etenim ad purum sacrificium accedimus; sanctam reddamus animam: hoc enim vel uno die perfici potest. Quomodo, qua ratione? Si quid habeas contra inimicum, tolle iram, plagam illam cura, solve inimicitiam, ut a mensa medelam accipias: ad horrendum enim et sanctum sacrificium accedis. Reverere hujus oblationis argumentum, occisus jacet Christus. Cujus vero causa et quare occisus est? Ut caelestibus simul et terrenis pacem afferret, ut te angelorum etiam amicum faceret, ut te cum Deo universorum reconciliaret, ut te hostem et adversarium amicum faceret. Ille animam suam dedit pro iis, qui se oderant; tu vero inimicitiam servas contra conservum? et quo pacto adire poteris mensam pacis? et ille ne mori quidem pro te recusavit, tu vero iram conservo tui ipsius causa remittere abnuis? ecqua hæc venia digna sunt? Mihi damnum intulit, inquires, et admodum me læsit. Et quid hoc est? Pecuniarum est damnum: nondum enim vulneravit sicut Christum Judas; attamen ipse sanguinem, qui effusus est, in ipsorum, qui effundebant, salutem dedit. Quid huic rei par dicere valeas? Si non dimiseris inimico, non illum lædis, sed teipsum. Illum siquidem sæpe in hac vita læsisti, teipsum vero venia indignum reddidisti, in actione futuri judicii. Nihil enim ita Deus odit ut hominem injuriarum memorem, ut cor tumens et animum ira ardentem. Audi igitur quid dicat: *Cum obtuleris munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris adstans altari, quod frater tuus habeat aliquid adversum te: relinque munus tuum ad altare, et abiens reconciliare fratri tuo, et tunc offer munus tuum (Matth. 5. 23. 24)*. Quid dicis, Dimittamne?

Etiam, inquit, ob pacem enim cum fratre tuo hoc sacrificium institutum est. Si igitur ob pacem cum fratre tuo servandum hoc sacrificium institutum est, tu autem pacem non inis, frustra sacrificium participas: inutile namque tibi hoc opus efficitur. Illud itaque primum facito, pro quo sacrificium oblatum est, et tunc illo pulchre frueris. Ideo descendit Filius Dei, ut naturam nostram Domino suo reconciliaret: neque ideo solum venit, sed etiam ut nos, si rem hujusmodi faceremus, suæ appellationis participes efficeret. Nam *Beati*, inquit, *pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocantur (Matth. 5. 9)*. Quod enim fecit unigenitus Filius Dei, id tu pro virili tua facito, ut pacis conciliator et tibi sis et aliis. Ideo ite te pacificum, filium Dei vocat: ideo tempore sacrificii nullum aliud præceptum memorat, quam reconciliationem cum fratre, ostendens illud omnium maximum esse. Volebam prolixiorem habere sermonem, sed iis qui sibi attendunt hæc sola sufficiunt, si memoriam retineant. Horum itaque, dilecti, verborum semper recordemur, nec non sanctorum osculorum, tremendique amplexus, quem mutuo damus. Hoc quippe animas colligat nostras, et omnes unum corpus efficit, quandoquidem et de uno corpore omnes participamus. Nos ergo in unam et idem corpus coalescamus: non corpora commiscentes, sed animas mutuo caritatis vinculo copulantes. Sic poterimus hac mensa cum fiducia frui: etiam enim sexcentis abundemus justitiae operibus, si injuriarum memoriam retineamus, omnia in vanum et frustra cedunt, ac nullum inde fructum ad salutem excerpere poterimus. Hæc itaque docti, omnem solvamus iram, purgataque conscientia, cum mansuetudine et modestia omni accedamus ad mensam Christi, cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, etc.

IN DIVINAM ET MYSTICAM COENAM SALVATORIS, ET DE PRODITIONE JUDÆ: IN PASCHA ITEM, ET IN DISPENSATIONEM DIVINORUM MYSTERIORUM, ET DE OBLIVIONE INJURIARUM. HABITA EST HOMILIA IN SANCTA ET MAGNA FERIA QUINTA.

HOMILIA II.

1. *Judas potius quam Jesus, et generatim, male agentes potius quam mala passi lugendi sunt.* — Volebam, dilecti, de patriarcha rursus sermonem habere, et inde vobis spirituale convivium apponere: sed ingratus proditoris animus ad illius pertractandum facinus linguam nostram pertrahit, et diei opportunitas, ut de insania sceleris ejus agamus, nos cohortatur. Hodie quippe Dominus noster Jesus Christus a proprio discipulo Judæorum manibus traditus est. Verum tu hoc audiens, carissime, ne tristis esto, nec graviter feras, quod Dominus traditus sit: imo potius ingemisce et in fletus erumpe, non ob traditum Jesum, sed ob traditorem Judam. Nam traditus Jesus mundum servavit, proditor vero Judas animam suam perdidit; proditus Jesus ad dexteram Patris sedet in cælis, proditor Judas in inferno nunc est, atque indepreceabile æternumque exspectat supplicium. Ideo ingemisce, ideo in fletus erumpe: quandoquidem et

ipse Dominus noster Jesus Christus videns Judam turbatus est et flevit. *Videns enim eum, inquit, turbatus est, et dixit, Unus vestrum tradet me (Joan. 13. 21)*. Quare turbatus est? Cogitans scilicet, eum post tantam doctrinam, post tam multas adhortationes, in quantum sese præcipitium ageret, non presentiscere. Videns igitur Dominus discipuli insaniam, et misericordia in eum motus, turbatus est et flevit. Hoc enim ultro citroque memorant evangelistæ, ut œconomis veritati fidem faciant. Turbatus itaque est Dominus discipuli animum summopere ingratum intuitus, et nos doceat illos maxime lugendos esse qui male agunt, non autem eos qui mala patiuntur. Nam qui injusta et indigna patiuntur, digni potius sunt qui beati prædicentur. Quapropter dicebat Christus: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum (Matth. 5. 10)*. Videtur quantum esse lucrum ostendit eorum, qui male

ἐπὶ τῶν μυστηρίων τῶν πνευματικῶν συμβαίνειν εἴωθε. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ, ἐπειδὴν εἰς ψυχὴν ἐμπέση πονηρίας γέμουσαν, μᾶλλον αὐτὴν διαφθείρει καὶ ἀπόλλυσιν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δεξαμένης ψυχῆς. Μηδεὶς τοίνυν ἔχτω ἔνθον πονηρῶς λογισμῶς, ἀλλὰ καθάρωμεν τὴν διάνοιαν· καὶ γὰρ καθαρὰ προσερχόμεθα θυσία· ἅγιαν ποιήσωμεν τὴν ψυχὴν· δυνατὸν γὰρ καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τοῦτο γενέσθαι. Πῶς καὶ τίνοι τρόποι; Ἐάν τις ἐχῆς τι κατὰ τοῦ ἔχθρου, ἐξέλε τὴν ὀργὴν, θεράπευσον τὴν πληγὴν, λύσον τὴν ἔχθραν, ἵνα λάθῃς θεραπείαν ἀπὸ τῆς τραπέζης· θυσίᾳ γὰρ προσέρχῃ φρικτῇ καὶ ἀγίᾳ. Αἰδέσθητι τὴν ὑπόθεσιν αὐτῆς τῆς προσφοράς· ἐσφαγμένους πρόκειται ὁ Χριστός. Καὶ τίνος ἔνεκεν ἐσφάγη, καὶ διὰ τί; Ἴνα εἰρηνοποιήσῃ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα καὶ ἀγγέλων φίλον σε ποιήσῃ, ἵνα σε τῷ Θεῷ τῶν ὄλων καταλλάξῃ, ἔχθρον ὄντα σε καὶ [385] πολέμιον, ἵνα ποιήσῃ φίλον. Ἐκείνος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ τῶν μισούντων· σὺ δὲ τὸν σὺνδουλόν μάνεις ἔχθραίνων; καὶ πῶς εὐνὴ βαδίσαι ἐπὶ τὴν τῆς εἰρήνης τράπεζαν; Κάκεινο; μὲν οὐδ' ἀποθάνειν ὑπὲρ σοῦ παρητήσατο· σὺ δὲ ὀργὴν ἀρεῖναι τῷ συνδούλῳ σου διὰ σαυτὸν οὐκ ἀνέχῃ; καὶ ποίας ταῦτα συγγνώμης δεῖαι; Ἐπιπράσσε, φησὶ, καὶ τὰ μέγιστα ἐπλεονέκτησε. Καὶ τί τοῦτο; Εἰς χρήματα πάντως ἡ ζῆμία· οὐδέπω γὰρ ἔτρωσε, καθάπερ τὸν Χριστὸν ὁ Ἰούδας· ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα, ὑπερ ἐξέχεεν, εἰς σωτηρίαν αὐτοῖς τοῖς ἐκχίαισιν ἔδωκε. Τί τοῦτου ἴσον ἔχεις εἰπεῖν; Ἐάν μὴ ἀφῆς τῷ ἔχθρῳ, οὐκ ἐκείνον ἠδίκησας, ἀλλὰ σαυτὸν· ἐκείνον μὲν γὰρ πολλακίς εἰς τὸν παρόντα βίον ἔδωκας· σαυτὸν δὲ ἀσύγνωστον ἐποίησας πρὸς τὴν ἀπολογίαν εἰς τὴν μέλλουσαν ἡμέραν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω μισεῖ ὁ Θεός, ὡς μνησικακὸν ἄνθρωπον, ὡς οἰδαίνουσαν καρδίαν καὶ φλεγμαίνουσαν ψυχὴν. Ἀκούσον, γούν τί φησιν· Ὅταν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κάκει μνησθῆς ἄνω παρεστώς ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, φρεσὶ τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἀπελθὼν διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ

τότε πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Τί λέγεις, Ἀφήσω, Ναί, φησὶ· διὰ γὰρ τὴν εἰρήνην τὴν εἰς τὸν ἀδελφόν σου καὶ αὐτὴ ἡ θυσία γέγονεν. Εἰ τοίνυν διὰ τὴν εἰρήνην τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν γέγονεν ἡ θυσία, σὺ δὲ οὐ κατορθοῖς τὴν εἰρήνην, εἰκὴ μετέχεις τῆς θυσίας· ἀνόνητον γὰρ σοὶ τὸ κατορθῶμα γέγονε. Ποίησον τοίνυν ἐκαίνο πρῶτον, δι' ὅπερ ἡ θυσία προσενήκεται, καὶ τότε αὐτῆς ἀπολαύσεις καλῶς. Διὰ τοῦτο κατῆλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα καταλλάξῃ ἡμῶν τὴν φύσιν τῷ Δεσπότη· διὰ τοῦτο οὐκ αὐτὸς μόνον ἦλθεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἡμᾶς τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιούντας ποιήσῃ τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας κοινωνούς. Μακάριοι γὰρ, φησιν, οἱ εἰρηνοκίοι, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. Ὅπερ γὰρ ἐποίησεν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦτο καὶ σὺ ποιήσον κατὰ δυνάμιν ἀνθρωπίνην, εἰρήνης γενόμενος πρόξενος καὶ σαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις. Διὰ τοῦτο σε καὶ υἱὸν Θεοῦ καλεῖ τὸν εἰρηνοποιόν· διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς θυσίας οὐδεμίας ἄλλης ἐμνημόνευσεν ἐντολῆς, ἀλλ' ἡ τῆς πρὸς τῶν ἀδελφῶν καταλλαγῆς, δεικνύς, ὅτι πάντων μεζζόν ἐστὶ τοῦτο. Ἐβουλόμην παρεκτείναι τὸν λόγον, ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τὰ εἰρημένα τοῖς προσέχουσιν, ἐάν μνημονεύωσι. Μνημονεύωμεν οὖν διαπαντὸς τούτων τῶν βημάτων, ἀγαπητοί, καὶ τῶν ἁγίων φιλημάτων, καὶ τοῦ φρικωδεστάτου ἀσπασμοῦ τοῦ πρὸς ἀλλήλους. Τοῦτο γὰρ συμπλέκει τὰς διανοίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖ σώματα γενέσθαι ἐν ἅπαντας, ἐπειδὴ καὶ ἐνὸς σώματος μετέχουμεν οἱ πάντες. Κεράσωμεν οὖν ἑαυτοὺς εἰς σῶμα· ἐν, οὐ τὰ σώματα ἀλλήλοις ἀναφύροντες, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀλλήλαις τῷ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ συνάπτοντες· οὕτω δυνησόμεθα μετὰ παρθένιας ἀπολαύσαι τῆς προκειμένης τραπέζης. Κἂν γὰρ μυρία ἔχωμεν δικαιοῦματα, μνησικαχοὶ δὲ ὦμεν, πάντα εἰκὴ καὶ μάτην, καὶ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν εἰς σωτηρίας λόγον καρπώσασθαι δυνησόμεθα. Ταῦτα οὖν συνειδότες, πᾶσαν καταλύσωμεν ὀργὴν, καὶ καθαιρόμεν ἑαυτῶν τὸ συνειδὸς, μετὰ πρᾶυτητος καὶ ἐπεικειας πάσης προσέλωμεν τῇ τραπέζῃ τοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, κ. τ. λ.

[386] Εἰς τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν δεῖπνον τοῦ Σωτῆρος, καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, καὶ εἰς τὸ Πάσχα, καὶ εἰς τὴν παράδοσιν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν. Λεχθεὶς τῇ ἀγίᾳ καὶ μεγάλῃ Πεντάδι.

### Ὁμιλία β'.

α'. Ἐβουλόμην, ἀγαπητοί, τῆς κατὰ τὸν πατριάρχην πάλιν ὑποθέσεως ἄψασθαι, καὶ ἐντεῦθεν ὑμῖν τὴν ἐστῆσαν παραθεῖναι τὴν πνευματικὴν· ἀλλ' ἡ τοῦ προδότου ἀγνωμοσύνη πρὸς τὴν κατ' αὐτὸν ὑπόθεσιν τὴν ἡμετέραν ἔλκει γλῶτταν, καὶ τῆς ἡμέρας ὁ καιρὸς προτρέπεται τῆς τόλμης αὐτοῦ τὴν μανίαν εἰπεῖν. Σήμερον γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρεδίδθη ταῖς τῶν Ἰουδαίων χερσὶν ὑπὸ τοῦ οἰκείου μαθητοῦ. Ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἀκούων, ἀγαπητέ, μὴ γένη κατηφής, μηδὲ στυγνάσης ἀκούων, ὅτι παρεδόθη ὁ Δεσπότης· μᾶλλον δὲ καὶ στέναζον καὶ δάκρυσον, μὴ δεῖς τὸν παραδοθέντα Ἰησοῦν, ἀλλὰ διὰ τὸν παραδόντα αὐτὸν Ἰούδαν. Ὁ μὲν γὰρ προδοθεὶς Ἰησοῦς τὴν οἰκουμένην ἔσωσεν, ὁ δὲ προδούς Ἰούδας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπώλεσε· καὶ ὁ μὲν προδοθεὶς Ἰησοῦς ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐν οὐρανοῖς κάθηται, ὁ δὲ προδούς Ἰούδας ἐν ἅδου νῦν ἐστὶ, τὴν ἀπαραίτητον καὶ αἰώνιον ἀναμείνων κόλασιν. Διὰ τοῦτο στέναζον, διὰ τοῦτο

δάκρυσον· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἰδὼν τὸν Ἰούδαν ἐταράχθη καὶ ἐδάκρυσεν. Ἰδὼν γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἐταράχθη καὶ εἶπεν· Εἰς δεξιῶν παραδώσει με. Καὶ τίνος ἔνεκεν ἐταράχθη; Ἐνοῶν ὅτι μετὰ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν, μετὰ τὰς τοσαύτας παραινέσεις, εἰς οἷον κρημνὸν ἑαυτῶν ὠθῶν οὐκ ἠσθάνετο. Θεωρῶν τοίνυν ὁ Δεσπότης τοῦ μαθητοῦ τὴν μανίαν, καὶ ἐπελεῶν αὐτὸν ἐταράχθη καὶ ἐδάκρυσεν. Τοῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω τιθέασιν οἱ εὐαγγελισταί, ἵνα πιστώσωνται τῆς οἰκονομίας τὴν ἀλήθειαν. Ἐταράχθη τοίνυν ὁ Δεσπότης, ἰδὼν τοῦ μαθητοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγνωμοσύνην, καὶ διδάσκων ἡμᾶς ἐκείνους μάλιστα θρηναί, τοὺς κακῶς ποιούντας, οὐ τοὺς κακῶς πάσχοντας· οἱ γὰρ κακῶς καὶ ἀδίκως πάσχοντες, οὗτοι μᾶλλον μακαρισμοῦ ἄξιοι εἰσι. Διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ Χριστὸς· Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἔνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Εἶδες πόσον τὸ κέρδος

ἔδειξε τῶν κακῶς πασχόντων; Βλέπε πάλιν ἀλλαχοῦ τῶν κακῶς ποιοούντων τὴν ἀπαραίτητον τιμωρίαν· ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοί, μιμηταὶ ἐγενήθητε τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπέθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλευτῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτείναντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ κωλυόντων ἡμᾶς, φησί, τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀνακληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἀμαρτίας· ἔφρασε δὲ ἐπ' αὐτούς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ εἰς τέλος. Εἶδες, ὅτι ἐκείνους μάλιστα δίκαιον θρηνεῖν καὶ κόπτεσθαι τοὺς κακοποιούντας; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ριάνθρωπος Δεσπότης ὁρῶν τοῦ μαθητοῦ τὴν τόλμαν, ἐταράττετο καὶ ἐδάκρυε, [387] τὴν περὶ τὸν μαθητὴν συμπάθειαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ δεικνύς αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος, ὅτι καὶ μέχρις αὐτῆς τῆς προδοσίας οὐκ ἐπύετο τῆς τοῦ μαθητοῦ διορθώσεως προνοούμενος. Διὰ τούτων οὖν δάκρυσον πικρὸν καὶ στέναξον μᾶλλον, ἐπεὶ καὶ ὁ Δεσπότης δι' ἐκείνον ἠθύμησεν· Ἐταράχθη γάρ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν· Εἰς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Ὡ πόση εὐσπλαγχνία, πόση ἀγαθότης Δεσπότης! ὁ προδοθεὶς ὑπὲρ τοῦ προδότου ἀλγεῖ. Ὅρων γάρ αὐτὸν ἐπιτιμῶντα τῇ πονηρίᾳ, Ἐταράχθη καὶ εἶπεν· Εἰς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Σκόπει, πόση μακροθυμία! πόση φιλανθρωπία! πῶς φείδεται τοῦ ἀγνώμονος, καὶ οὐ βούλεται αὐτὸν ἀναίσχυντον ἐργάσασθαι, ἀλλὰ πάντα εἰς δειλίαν ἀνάγει τοὺς μαθητὰς καὶ ἐνչωνίους ποιεῖ, πρὸς τὴν ἀφορμὴν τινὰ ἐκείνῳ παρασχέιν τοῦ μεταγνώαι τῆς μανίας! Ἄλλ' ὅταν ἀναίσθητος γένηται ἡ ψυχὴ μὴ δεχομένη τὸν σπόρον τῆς εὐσεβείας, οὐ παραίνεσιν δέχεται, οὐ συμβουλήν, ἀλλὰ σκοτωθεῖσα ὑπὸ τοῦ πάθους κατὰ κρημνῶν ἄπεισι· διόπερ οὕτε οὕτως ἐκέρδανέ τι ἐκ τῆς τοσαύτης μακροθυμίας. Εἰς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, φησί. Τίνος ἕνεκεν ἐταράχθη καὶ ἠθύμησεν; Ὁμοῦ καὶ τὴν φιλοστοργίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδεικνύμενος, καὶ διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι ἐκείνους μάλιστα δεῖ θρηνεῖν, τοὺς κακῶς τῷ πλησίον κατεργαζομένους. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι καθ' ἑαυτῶν τὴν ὀργὴν ἐπιφέρουσιν· οὐχὶ δὲ τὸν πάσχοντα κακῶς, ἀλλὰ τὸν ποιοῦντα κακῶς, τοῦτον θρηνεῖν πανταχοῦ δίκαιον. Τὸ μὲν γὰρ κακῶς παθεῖν, τὴν βασιλείαν ἡμῶν τῶν οὐρανῶν προσεζεῖ· τὸ δὲ κακῶς ποιῆσαι τινα αἰτίον ἡμῶν τῆς γενένης καὶ τῆς κολάσεως γίνεται. Μακάριοι γάρ, φησὶν, οἱ διωγόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης. Ὅρᾳς, πῶς τὸ κακῶς παθεῖν ἔχει μισθὸν καὶ ἔπαθλον, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν; Ἄκουσον πῶς καὶ τὸ κακῶς ποιῆσαι κλάσιν φέρει καὶ τιμωρίαν. Εἰπὼν γάρ ὁ Παῦλος περὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι τὸν Κύριον ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς προφήτας ἐδίωξαν, ἐπήγαγεν· Ὁρ τὸ τέλος ἐστὶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Εἶδες πῶς οἱ μὲν διωκόμενοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν λαμβάνουσιν· οἱ δὲ διώκοντες, τὴν τοῦ Θεοῦ ὀργὴν κληρονομοῦσι;

Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς κινούμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀλλ' ἵνα παιδευόμεθα πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ἐλεῶμεν αὐτούς, καὶ δακρῶμεν καὶ ἀλγῶμεν ὑπὲρ αὐτῶν. Ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ κακῶς πάσχοντες, οἱ ἐχθραίνοντες ἡμῶν μάτην. Ἄν οὕτω παρασκευάσωμεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν, ὡς μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀλγεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, δυνασόμεθα κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν καὶ ὑπερεύχασθαι αὐτῶν, καὶ πολλὴν διὰ τούτου τὴν ἀνωθεν ἐπιστάσθαι βοήθην. Διὰ γὰρ τούτου τετάρτην ἡμέραν

ἔγω διαλεγόμενος ὑμῖν περὶ εὐχῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἵνα μόνιμος γένηται τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος τῆ συνεχεῖα τῆς παραινέσεως, ἵνα βιζωθῆ ὑμῶν ταῖς διανοαῖς. Διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπαντιλοῦμεν ὑμῖν τοῖς ῥήμασιν, ὥστε τὸ οἶδημα τῆς ὀργῆς ὑπονοστήσῃ, καὶ κατασταλῆται τὴν φλεγμονὴν, καὶ καθαρὸν ὀργῆς εἶναι τὸν εὐχῆ προστόνον. Οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα παραινεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀφιέντων ἐκεῖνοις τὰ ἀμαρτήματα. Μαίρινα γὰρ [388] λαμβάνεις ἢ δίδως, ἀφίεις τὴν ὀργὴν τῷ ἐχθρῷ. Καὶ πῶς μαίρινα λαμβάνω, φησὶ; Πρόσχε ἀκριβῶς. Ἐν ἀφίης τοῖνον τὰ εἰς τὸν ἐχθρὸν ἀμαρτήματα, συγχωρεῖται σοι τὰ εἰς τὸν Δεσπότην πλημμελήματα. Ἐκεῖνα ἀνιάτα ἐστὶ καὶ ἀσύγγνωστα, ταῦτα δὲ πολλὴν ἔχει παραμυθίαν καὶ συγγνώμην. Ἄκουσον γοῦν τοῦ Ἠλὶ λέγοντος πρὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ· Ἐάν ἀμαρτῶν ἀμάρτη ἀνθρώπος εἰς ἀνθρώπον, ὁ ἱερὸς προσκῦζεται περὶ αὐτοῦ· ἐάν δὲ εἰς τὸν Θεὸν ἀμάρτη, τίς προσκῦζεται περὶ αὐτοῦ; Ὡστε ἐκεῖνο μέγα τραῦμα, οὐδ' εὐχῆ βλάβος λύεται. Καὶ εὐχῆ μὲν οὐ λύεται τὸ τοιοῦτον πάπτωμα, συγχωρεῖται δὲ τῶν ἀμαρτημάτων τῶν εἰς τὸν ἐχθρὸν λύεται παραυτίκα. Διὸ ἐκεῖνα μὲν μύρια τάλαντα ἐκάλεσεν ὁ Θεός, τὰ εἰς τὸν Δεσπότην ἀμαρτήματα, ταῦτα δὲ ἑκατὸν δηνάρια· ἂ ἐάν ἀφῆς, ἀφεθήσεται σοι τὰ μύρια τάλαντα.

β'. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς εὐχῆς ἱκανῶς εἰρήται. Εἰ δὲ δοκεῖ, μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαθόντες, ἐπὶ τὸν τῆς προδοσίας ἐπανέλθωμεν λόγον, καὶ ἴδωμεν πῶς παρεδόθη ἡμῶν ὁ Δεσπότης. Ἴνα δὲ καὶ τοῦ προδότου τὴν μανίαν ἅπασαν καταμάθωμεν, καὶ τοῦ μαθητοῦ τὴν ἀνωμισοσύνην γνῶμεν, καὶ τοῦ Δεσπότητος τὴν ἀζαρτον φιλανθρωπίαν, ἀκούσωμεν τοῦ εὐαγγελιστοῦ, πῶς ἡμῖν αὐτοῦ διηγείται τὴν τόλμαν· Τότε, φησὶ, πορευθεὶς εἰς τῶν δώδεκα, Ἰουδῆς ὁ λεγόμενος Ἰσκιριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Δοκεῖ μὲν γὰρ σαφὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, καὶ μὴδὲν πλεόν αἰνίττεσθαι· εἰ δὲ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειεν ἑκατὸν τῶν εἰρημένων, πολλὴν ἔχει θεωρίαν καὶ πολὺ τὸ βάθος τῶν νοημάτων. Καὶ πρῶτον ὁ καιρὸς. Οὐ γὰρ ἁπλῶς αὐτὸν ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστῆς· οὐ γὰρ εἶπε, πορευθεὶς, ἀπλῶς· ἀλλὰ προσέθηκε, Τότε πορευθεὶς. Τότε· πότε; Καὶ τίνος ἕνεκεν ἐπισημαίνεται τὸν χρόνον; Οὐχ ἁπλῶς ἡμῶν ἐπισημαίνεται τὸν καιρὸν ὁ εὐαγγελιστῆς Πνεύματι ἀγίῳ φθεγγόμενος· ὁ γὰρ Πνεύματι φθεγγόμενος, οὐδὲν ἀπλῶς οὐδὲ εἰκὴ φθέγγεται. Τί οὖν ἐστὶ τὸ, τότε; Πρὸ αὐτοῦ τοῦ χρόνου, πρὸ αὐτῆς τῆς ὥρας προσήλθε κόρη ἀλάστρον μύρου ἔχουσα, καὶ κατέχευε τὸ ἔλαιον ἐκεῖνον ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Κυρίου. Ἐπεδείξατο πολλὴν πίστιν ἡ γυνὴ, ἐπεδείξατο πολλὴν θεραπείαν, ἐπεδείξατο πολλὴν ὑπακοὴν καὶ εὐλάβειαν· μετεβάλλετο ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ προτέρου, καὶ ἐγένετο βελτίον καὶ σωφρονεστέρη. Καὶ ὅτε ἡ κόρη μετενόησεν, ὅτε τὸν Δεσπότην ἐπέγνω, τότε ὁ μαθητῆς τὸν διδάσκαλον παρέδωκε. Τότε· πότε; Ὅτε πόρνη προσελθοῦσα, τὸ ἀλάστρον τοῦ μύρου καταχάσασα κατὰ τῶν ποδῶν τοῦ Ἰησοῦ, ταῖς οὐκαίαις θριβὴν ἐξέμαξε, καὶ πολλὴν τὴν θεραπείαν ἐπαδείκνυτο, τὰ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ἀμαρτήματα ἐξαιλίφουσε διὰ τῆς ἐξομολογήσεως αὐτῆς. Τότε οὖν, ὅτε ἐκεῖνην ἐθεάσατο τοσαύτην θεραπείαν τῷ διδασκάλῳ ἐπιτεταμένην, τότε αὐτὸς ἐπὶ τὴν παρόνομον προδοσίαν



patiuntur? Vide rursum alio in loco male agentium inevitabile supplicium: audi B. Paulum dicentem: *Vos autem, fratres, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa; quoniam eadem passi estis et vos a propriis contribulibus, quemadmodum et ipsi a Judæis, qui et Dominum occiderunt Jesum, et proprios suos prophetas, et impediunt nos loqui gentibus, ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua: pervenit autem ira Dei super illos usque in finem (1. Thess. 2. 14-16).* Viden' eos maxime par esse lugere et fletu prosequi, qui mala perpetrant? Quapropter clementissimus Dominus, cum videret discipuli facinus, turbabatur et flebat, commiserationem erga discipulum suam ostendens, benignitatisque suæ magnitudinem exhibens, quod vel usque ad ipsam proditorem discipuli emendationi prospicere non cessaret. Propter hunc igitur potius acerbe luge et ingemisce, quia Dominus illius causa mæstus fuit. *Turbatus est, inquit, Jesus, et dixit, Unus vestrum tradet me (Joan. 13. 21).* O quantam misericordiam! quantam Domini bonitatem! Qui proditur proditoris gratia dolet. Videns enim eum in nequitia immorantem, *Turbatus est et dixit, Unus vestrum tradet me.* Vide, quantam animi tolerantiam! quantam humanitatem! quomodo ingrato parcit, nec vult eum impudentissime agere: sed omnes discipulos in timorem et anxietatem deducit, ut illi ansam præbeat respiscendi ab insania. At cum anima omni dimisso sensu semen pietatis non accipit, non admonitionem, non consilium admittit, sed affectu animi obtenebrata per præcipitia abit. Quamobrem neque hic ex tanta Christi patientia quidpiam lucratus est. *Unus vestrum tradet me,* inquit. Cor turbatus et mœrore affectus est? Ut suum simul amorem ostenderet, nosque doceret, eos maxime lugendos esse, qui contra proximos mala perpetrant. Et enim illi iram contra seipsos excitant. Neutiquam eum qui male patitur, sed eum qui mala perpetrat, ubique lugere par est. Nam si male patiamur, id nobis regnum cælorum adipiscitur; sin male cupiam faciamus, id in causa est ut in gehennam et supplicium mittamur. Nam *Beati,* inquit, *qui persecutionem patiuntur propter justitiam (Matth. 5. 10).* Viden' quomodo male pati in mercedem et præmium afferat regnum cælorum? Audi quomodo mala perpetrare penam et supplicium afferat: cum enim dixisset Paulus quod Judæi Dominum occidissent, et prophetas persecuti essent, adjecit: *Quorum finis est secundum opera eorum (2. Cor. 11. 15).* Viden' quomodo ii, qui persecutionem patiuntur, regnum cælorum lucentur; ii vero, qui persequuntur, iram Dei in hæreditatem accipiant?

*Orandum pro inimicis.* — Hæc porro non temere apud caritatem vestram agitamus, sed ut discamus adversus inimicos nostros non irasci; sed potius ut misericordia erga illos moveamur, illorumque gratia mœrorem et planctum assumamus. Illi quippe male patiuntur, qui sine causa nobis adversantur. Si animum nostrum ita comparemus, ut non irascamur, sed illorum gratia doleamus, etiam poterimus secundum Do-

mini vocem pro illis orare, illoque modo multam nobis opem cælitus conciliare. Ideo quarta jam die apud vos sermonem habeo de oratione pro inimicis, ut admonitionis frequentia firmior sit doctrina, ut radices agat in animis vestris. Ideoque frequenter apud vos sermonibus instamus, ut iræ tumorem tollamus, et fervorem sedemus, utque puri ad orationem accedatis. Neque enim Christus inimicorum tantum gratia ad id hortatur, sed etiam nostri causa qui illis peccata remittimus. Plura enim accipis, quam das cum iram tuam inimico dimittis. Quomodo plus accipio, inquires? Attende diligenter. Si inimico peccata dimittas, delicta tua in Christum perpetrata dimittuntur tibi. Hæc porro vix dimitti et veniam habere possunt, illa vero veniam et solatium multum reperiunt. Audi Heli filiis suis dicentem, *Si peccans peccaverit homo in hominem, sacerdos orabit pro eo; si vero in Deum peccaverit, quis pro illo orabit (1. Reg. 2. 25).* Itaque magnum est vulnus illud, neque facile oratione solvitur; imo ne oratione quidem solvitur tale delictum, sed per veniam peccatorum inimico concessam statim solvitur. Ideo illa quidem decem millia talenta vocavit Deus, nempe delicta in Dominum; hæc vero centum denarios (*Matth. 19. 23. sqq.*), quos si dimiseris, dimittentur tibi decem millia talenta.

2. Verum de oratione satis. Si placet autem, repetito paulo altius sermone, ad proditorem redeamus, videamusque quomodo Dominus noster proditus sit. Ut vero totam proditoris insaniam ediscamus, simulque ingratum discipuli animum et Domini ineffabilem clementiam agnoscamus, audiamus quomodo evangelista nobis ejus facinus enarret. *Tunc,* inquit, *abiit unus de duodecim, Judas dictus Iscariotes, ad principem sacerdotum, et dixit eis: Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum (Matth. 26. 14. 15).* Videtur quidem id quod dictum est clarum esse nihilque amplius subindicare; sed si quis singula, quæ dicta sunt, examinet, magnam præbent contemplandi materiam, multamque sensuum profunditatem. Primo tempus considerandum est. Non enim simpliciter illud indicat evangelista; neque enim dixit solum, *abiit*; sed adjecit, *Tunc abiit. Tunc,* quandonam? Ecqua de causa tempus indicat? Non sine causa nobis tempus significat evangelista ex Spiritu sancto loquens: nam qui ex Spiritu loquitur, nihil sine causa vel temere loquitur. Quid igitur est illud, *tunc*? Ante illud tempus, ante illam horam accessit puella habens alabastrum unguenti, et effudit oleum illud super caput Domini. Multam fidem ostendit mulier, multam ministrandi curam, obedientiam, pietatem: mutata est a pristina vita, meliorque ac temperantior effecta est. Et cum meretrix respuit, cum Dominum agnovit, tunc discipulus magistrum prodidit. *Tunc,* quandonam? cum meretrix accedens, effuso super pedes Jesu unguenti alabastrum, propriis illos capillis abstersit, multumque ministerium exhibuit, per hujusmodi confessionem cuncta præteriti temporis peccata delens. *Tunc* itaque, cum illam vidit tantum officium magistro exhibentem, tunc ille ad ini-

quam prodicionem festinavit. Et illa quidem ex ipso nequitia fundo in ipsum caelum ascendit; hic vero post innumera miracula et signa, post tantam doctrinam, post ineffabilem illam Domini attemperationem, in tartari fundum decidit. Tantum malum est socordia et corrupta voluntas. Quamobrem Paulus dicebat: *Qui videtur stare, videat ne cadat* (1. Cor. 10. 12): et propheta clamabat olim: *Num qui cadit, non resurget? et qui avertit se, non revertetur* (Jerem. 8. 4)? Ut neque is qui stat confidat, sed semper cerando consistat; nec qui decidit, desperet. Tanta enim vis erat magistri, ut etiam meretrices et publicanos pertraheret ad propriam obsequentiam.

*Deus non necessitate pertrahit ad bonum agendum.*

— Quid ergo, inquit, qui meretrices pertraxit, discipulum non potuit pertrahere? Etiam potuit et discipulum pertrahere; sed noluit ipsum necessitate facere bonum, neque vi illum ad seipsum pertrahere. Ideo evangelista nobis ea narrans, quæ ad ingratum discipulum spectabant, dixit: *Tunc abiit*, id est, non ab aliis vocatus, neque coactus ab alio, neque alio se hortante; sed suo sponte et proprio arbitrio ad iniquum illud facinus proporrasse, nulla movente causa; sed a nequitia intus scaturiente ad Domini traditionem seipsum impulit. *Tunc abiens unus de duodecim.* Non parvum crimen illud est quod dicatur, *Unus de duodecim.* Quia enim erant et alii septuaginta discipuli, ideo dixit, *Unus de duodecim*; id est, ex selectis, qui quotidie cum illo versabantur, qui magna fiducia fruebantur. Ut igitur discas ipsum ex præcipuis discipulis fuisse, ait, *Unus de duodecim.* Neque id tacet evangelista, ut tu credas, hæc, quæ videntur probrosa esse, Domini erga nos sollicitudinem ostendere, quod scilicet proditorem et furem tot bonis dignatus, et usque ad ultimam vesperam cohortatus sit. Vidistin' meretricem, quæ abluerat, salutem nactam esse, discipulum vero, quia segnis fuerat, decidisse? Ne igitur de te desperes, ad meretricem respiciens; neque confidas, ad discipuli facinus oculos convertens: ambo enim perniciosa sunt. Ad lapsum enim proclivis est animus noster, volubilis voluntas: quamobrem undique nos muniamus oportet. *Tunc abiens unus de duodecim, Judas Iscariotes.* Viden' ex quantæ choro decidit? viden' quanta sese disciplina privavit? viden' quantum sit malum segnitias? *Judas*, inquit, *Iscariotes*, quia alius erat huic cognominis, qui dicebatur Jacobi. Viden' evangelistæ sapientiam, qui illum non a facinore, sed a loco notum nobis facit, qui alium non a loco, sed a patris nomine cognoscendum nobis præbet. Atqui consequenter dixisset Judam proditorem; verumtamen ut nos doceret linguam servare a criminatione parum, a proditoris nomine abstinere. Discamus igitur inimicorum neminem cum convicio memorare. Si enim beatus hic vir proditorem noluit criminari, cum hoc iniquum facinus enarraret, sed hoc quidem tacuit, a loco autem unde prodierat notum illum fecit: quærimus veniam digni, cum proximum criminamur, ac

srpe non solum inimicos cum contumelia memoramus, sed etiam eos, qui erga nos bene affecti videntur. Ne, quæso, id agamus. Id et Paulus præcipit dicens: *Omnia sermo malus de ore vestro ne prodeat* (Ephes. 4, 29). Ideo ab hujusmodi morbo plane purus beatus Matthæus dicebat: *Tunc abiens unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad principem sacerdotum dixit, Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum? O execrandam vocem! o insanum facinus! Dum hæc cogito, tremo, dilecti. Quomodo talis vox ex ore exsiliit? quomodo linguam movit? quomodo anima a corpore non abscessit? quomodo labia non obtorpuerunt? quomodo non mente excessit?*

3. *Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum?*— Dic mihi, Juda, hæccine magister tanto tempore te docuit? itane in oblivionem frequentium admonitionum venisti? nonne ideo dixit, *Nolite possidere aurum, neque argentum* (Matth. 10, 9), ut jam inde a principio tuum erga pecunias furorem comprimeret? nonne hortabatur dicens: *Si quis te percusserit in maxillam dexteram, verte illi et aliam* (Matth. 5, 39)? Cur, quæso, magistrum prodis? an quia potestatem tibi dedit adversus dæmonia, ita ut morbos curares, leprosos mundares, et alia multa miracula perpetreres? pro hisne beneficiis hæc illi præmia retribuisti? O furorem, imo potius, avaritiam! hæc enim mala omnia avaritia peperit, radix illa malorum, quæ animas nostras obtenebrat, necnon ipsas leges naturæ, quæ id efficit, ut mente excedamus, neque permittit ut vel amicitia, vel cognationis, vel alterius cuspisiam recordemur: sed semel exæcans oculos mentis nostræ, nos in tenebris incedere facit. Et ut hoc clare discas, vide quanta tunc ejecerit ex anima Judæ. Subingressa isthæc avaritia, colloquia, consuetudinem, communionem, mirabilem illam doctrinam, omnia, inquam, illa in oblivionem addidit. Pulchre dicebat Paulus, *Radix omnium malorum est avaritia* (1. Tim. 6, 10). *Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum?* Tradis, Juda, eum qui omnia continet verbo? vendis incomprehensibilem, et opificem cæli et terræ, creatorem naturæ nostræ, qui verbo et nutu omnia constituit? Ut igitur ostendat quod lubens traditus sit, audi quid faciat. Ipso prodicionis tempore, quando invaserunt eum cum gladiis et lignis, lampadibus et laternis instructi, dicit eis: *Quem quaeritis* (Joan. 18, 4)? Et ignorabant eum, quem capturi erant. Tantum aberat ut eum prodere posset, qui neque præsentem eum videre poterat, quem traditurus erat, etsi tot lampadibus luminibusque instructus. Quod enim hæc subindicaret cum dixit eos et lampades et laternas habuisse, neque sic eum invenisse, id innuit cum ait, *Et Judas stabat cum illis*, is qui dixerat, *Ego vobis tradam eum.* Eorum quippe mentem exæcavit, ut potentiam suam ostenderet, et illi discerent ea se aggredi, quæ fieri non possent. Deinde audita ejus voce abierunt supini, et ceciderunt in terram. Vidisti quomodo ne vocem quidem ferre poterunt, sed prolapsu infirmitatem suam demonstrarunt? Vide Domini clemens-

ἔσπευε. Κάκεϊν ἂν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πυθμένος τῆς κακίας εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀνήλθεν· οὗτος δὲ μετὰ μυρία θαύματα καὶ σημεῖα, μετὰ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν, μετὰ τὴν ἄρατον συγκατάβασιν, εἰς αὐτὸν τὸν πυθμέναν τῶν ταρατρῶν κατέπεσε. Τοσοῦτον ἔστι βῆθυμια κακῶν καὶ [389] προαίσεις διεσφαιμένη. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Ὁ δοκῶν ἐστάναι, βλέπέτω μὴ πέσῃ· καὶ ὁ προφήτης πάλαι εἶδα· Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; ἵνα μήτε ὁ ἐσὼς θαρρῆ, ἀλλ' ἐναγωνίως ἢ διηνεκῶς, μήτε ὁ καταπεσὼν ἀπογῆν ἑαυτοῦ. Τοσαύτη γὰρ ἡ δύναμις τοῦ διδασκάλου, ὡς καὶ πόρνα; καὶ τελύνας ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν οἰκίαν ὑποταγῆν

Τὶ οὖν φησιν; Ὁ πόρνας ἐπισπασάμενος, μαθητὴν οὐκ ἴσχυεν ἐπισπάσασθαι; Ναί, ἴσχυεν ἐπισπάσασθαι καὶ τὸν μαθητὴν· ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο αὐτὸν ἀνάγκη ποιῆσαι· καλὸν, οὐδὲ βίβ' ἐλύσαι αὐτὸν πρὸς ἑαυτοῦ. Διὰ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς διηγούμενος ἡμῖν τὰ κατὰ τὸν μαθητὴν τὸν ἀγνώμονα ἔλεγε· Τότε πορευθεὶς, τουτέστιν, οὐχ ὑφ' ἐτέρων κληθεὶς, οὔτε βιασθεὶς παρ' ἄλλου, οὐδὲ παρ' ἐτέρου δεξάμενος τὴν προτροπὴν, ἀλλ' οἴκοθεν κινούμενος ἐπὶ τοῦτο ἐτράπη, δείκνυς ὅτι αὐτομάτως, καὶ ἐξ οἰκείας γνώμης ἐπὶ τὸ παράνομον τοῦτο τόλμημα ὤρμησεν, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας κινούμενος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς πηγαζούσης ἐνδοθεν κακίας ἐπὶ τὴν προδοσίαν τοῦ Δεσπότης αὐτὸν ὠθήσας· Τότε πορευθεὶς εἰς τῶν δώδεκα. Καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν ἐγκλημα τὸ εἰπεῖν, *Εἰς τῶν δώδεκα*. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν καὶ ἕτεροι ἐδοδομήκοντα μαθηταί, διὰ τοῦτο εἶπεν, *Εἰς τῶν δώδεκα*, τουτέστι, τῶν ἐγκρίτων, τῶν καὶ καθ' ἐκάστην αὐτῷ συναστρεφόμενων, τῶν πολλῆς ἀπολαούντων τῆς παρῆσιας. Ἴνα οὖν μάθῃ; ὅτι μαθητὴς ἦν τῶν δοξίμων, φησὶν· *Εἰς τῶν δώδεκα*. Καὶ οὐ παρασιωπᾷ ταῦτα γράφων ὁ εὐαγγελιστὴς, ἵνα σὺ πεισθεὶς ὅτι ταῦτα τὰ δοκοῦντα ἐπονεϊδίστα εἶναι δείκνυσαι τοῦ Δεσπότης τὴν πρὸς ἡμᾶς κηδεμονίαν, ὅτι τὸν προδότην, τὸν κλέπτην τοσοῦτων ἡξίωσεν ἀγαθῶν, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐσπέρας παρῆναι. Εἶδες πῶς ἡ πόρνη μὲν ἐσώθη, ἐπειδὴ ἐνίψεν· ὁ μαθητὴς δὲ βῆθυμῆσας κατέπεσε; Μὴ τοίνυν ἀπογῆν ἑαυτοῦ πρὸς τὴν πόρνην ἀφορῶν, μηδὲ θαρσῆσης πάλιν πρὸς τὴν τοῦ μαθητοῦ τόλμαν ἀπίδων· ἀμφοτέρω γὰρ ὀλέθρια. Εὐόλισθος γὰρ ἡμῶν ἡ γνώμη, εὐπερίτρεπτος ἢ προαίσεις· διὸ πάντοθεν ἀσφαλίζεσθαι χρῆ. Τότε πορευθεὶς εἰς τῶν δώδεκα, Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης. Ὁρᾷ; ποίου χοροῦ ἐξέπεσεν; ὄρῃς ποίας διδασκαλίας αὐτοῦ ἐστέρησεν; ὄρῃς πόσον κακὸν ἢ βῆθυμια; Ἰούδας, φησὶν, ὁ Ἰσκαριώτης, ἐπειδὴ ἕτερος ἦν τούτῳ ὁμῶνυμος· ὁ λεγόμενος Ἰακώβου. Ὁρᾷ; τοῦ εὐαγγελιστοῦ τὴν σοφίαν, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ τόλμηματος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τόπου, δῆλον ἦμῖν αὐτὸν ποιεῖ, ἐκείνον οὐκ ἀπὸ τοῦ τόπου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πατρωνυμίας γνώριμον ποίων; Καίτοι γε ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, Ἰούδαν τὸν προδότην· ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς παιδεύσῃ καθαράν ἔχειν κατηγορίας τὴν γλώσσαν, καὶ αὐτὸ τὸ εἰπεῖν προδότου φεῖδεται. Παιδευόμεθα τοίνυν μηδένα τῶν ἐχθρῶν κακῶς μεμνήσθαι. Εἰ γὰρ ὁ μακάριος οὗτος τοῦ προδότου οὐκ ἠνέσχετο κατηγορῆσαι, τὸ παράνομον τοῦτο τόλμημα διηγούμενος, τοῦτο μὲν ἀπεσιώπησεν, ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου, ὅθεν ὤρμητο, δῆλον αὐτὸν ποιεῖ· ποίας ἂν εἴημεν ἡμεῖς δεῖοι συγγνώμης τοὺς πλησίον κακηγοροῦντες; Καὶ πολλάκις οὐ μόνον

[390] τῶν ἐχθρῶν μεμνήμεθα μεθ' ὕβρω; ἀλλὰ καὶ τῶν δοκούντων πρὸς ἡμᾶς ἔχειν διάθεσιν. Μὴ, παρακαλῶ. Τοῦτο καὶ Παῦλος παραινεῖ λέγων· Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Διὰ τοῦτο παντὸς τοιοῦτου πάθους καθαρεύων ὁ μακάριος Ματθαῖος ἔλεγε· Τότε πορευθεὶς εἰς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς εἶπε· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Ὡ μισαρᾶς φωνῆς! ὦ τόλμηξ ἀνοία! ἐνθυμούμενος τρέμω, ἀγαπητοί, πῶς ἐξεπήδησε τοῦ στόματος ἡ φωνή, πῶς τὴν γλώτταν ἐκίνησε, πῶς οὐκ ἀπέστη τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, πῶς οὐκ ἐνάρκησαν τὰ χεῖλη, πῶς οὐκ ἐξέστη τῇ διανοίᾳ.

